



BIBLIOTECA NAZIONALE
ROMA
VITTORIO EMANUELE

PRODROMVS
IVRIDICO-ACADEMICVS
Calami
NICOLAI IO: ABRVSCII

I. C.

FAX GEMINA B

quarum

Altera ad POSSESSIONIS, altera ad
PROPRIETATIS leges illuminandas
accenditur.

Accessere

SOLATIA MORTIS.

Sive

CONSULTATIONES


BINAE SUPREMIS DEFUNCTORVM ARBITRIIS
late viam aperientes.

PRODROMVS

IURIDICO-ACADEMICVS

Calami

NICOLAI IOANNIS ABRVSCII
IURECONSULTI AQUAVIVENSIS.



*Ex Lib. Abbatie
S. Pudentiane.*

*de Vrbe
1675.*

BARI, apud Franciscum Zannetti. M. DC. LXIV,

Publicatum NEAPOLI, apud Hieronymum Fasulo. M. DC. LXV.

SUPERIORVM PERMISSV.

EMINENTISSIMO PRINCIPI

Viro Eruditissimo

D. PASCALI

DE ARAGON

EXCELL. PRINCIPIS CARDONAE

& Segobriæ Ducis filio, Equiti Ordinis
Alcantaræ, Philippo IV. Hispaniarum

Regi Catholico à Consilijs, in Sacro
Regio, Supremoq; Aragoniæ Senatu

Regenti, dudum in D. Bartholomæi
Collegio apud Salmaticenses college

dignissimo, Archidiacono de los Pe-
droches, & de Talauera, Canonico

Cordubensi, ac Sanctæ Ecclesiæ To-
letanæ, nunc innumeris suffraganti-

bus meritis S.R.E. Cardinali, ac in Re-
gno Neapolitano Proregi

meritissimo.

NICOLAUS IOANNES ABRVSCIVS

Debitæ seruitutis obsequium



VB tuis auspicijs (Eminentissime Prin-
ceps) ingenioli mei primitiæ prodeunt;
foeliciùs velificabunt, ingeniti si auro
fauoris afflauerit. Nullum enim vali-
dus præfidium ad tutelam, nullum de-
cus præstantius ad ornatum hic adsci-
fcere poteram, quam tui fulgorem no-
minis fronti prætexere, vt quidquid deesset luminis, tua suf-
funderet claritas. Exit enim de tuo culmine deuotis lætiti-
reis pœna, posteris gloria; & cum sis amœnus in moribus, à
cupiditatibus alienus, gradu magnus, opinione maximus,
itã omnium animos deuinxisti, vt minor obsequium, maior

officium, tibi debeat æqualis affectum; maxime ambiendus, quia minimè ambitiosus. Imò ita mirabili temperamento prudentiæ in te vigor ex legibus, ut paucis litigia nodosa, dissoluens, fugator criminis, amator sis æquitatis: habent innoxij humanissimum patrem, iustissimum noxij probant ultorem: fugis auara lucra, horres nefanda compendia; & cum multa traxeris ab antiquis, studes magis placere de proprijs: Iactent se alij possessione locupletes, summum putent esse diuitias, in tua domo magis virtutibus aditur hæreditas; & hoc est, quod verè diuites facit, quando nullum melius potest esse compendium, quam laudibus successisse maiorum. Semen itaq, generis morum fructibus reddis: cumulas, seculo celebratus tuo, desiderandus alieno, laudes egregias senioribus, excellens cunctos in proprijs, quia æqualiter vbiq; mirabilis. Ascendisti meritò Cardines mundi, Austriacis inde fascibus redimitus, vbi sic alienam causam tuam facis gloriam, ut nullus vnquam videatur dicenda pensius cogitare; consultius cogitata disponere, disposita maturius expedire; & cum copia soleat habere fastidium, tuum nomen repetitum semper efficitur gloriosum. Quid ultra? Quis metit statim ut seuit? Quis de racemis vindemiam nouellis expressit? Quis de nouiter plantatis matura poma quæsiuit? In te (si fas est dicere) præuenit tritura sementem, vindemia palmitem, poma radicem. Et si natalibus seruanda reuerentia est, decessores tui (quibus succedis hæres quam Iure, tam merito) terreni Imperij gubernacula conscendentes, sic in sublimi celsitudinis gloria mundi illustrauere caliginem, ut virtutum, & armorum, exemplis tribuerint posteris claritatem. Si personam tuam intueor, eam inuenio, tenere gestorum experimento, vitæ exemplo, virtutis merito inter lumina procerum culmina dignitatum. Si ætatem, efficaciam habes de Iuuentute, de senectute consilium. Si literas vel ingenium, certat natura doctrinæ, ita ut vbiq; scintillet flamma sensuum, vbiq; diffuat vnda sermonum. Si deniq; formam corporis, ipsa longè lateq; conspicua te commendat imperio, ut plane in ambiguo sit, an te magis mentibus virtus, an obtutibus vultus insinuet. Auitis respondens clarissima soboles institutis: ab arbore sua non degerminans ramus in fructu, quem per traducem virtutis, & gratiæ decus exornat. Vir itaq;

maio-

maiori doctrina, ac merum, quam naratum submittite
 verendus, sic intra modum prudens, sine modo pius, ut
 Purpura maiestatem amicitate, potestatem falciunt
 suauitate condas ingenij; & sic locatus in medium cuncto-
 rum ad te trahis affectum. Quis ergo equali vestigia tua
 gressu insequitur, cui datum est agere melius quam didiceris,
 viuere melius quam loquaris? Sed fluminibus aquas, syluis
 ligna transmitto. Paucis absoluaui. Sentis ut Pythagoras,
 diuidis ut Isocrates, explicas ut Plato, implicas ut Aristote-
 les, ut Æschines blandiris, ut Demosthenes ita serbis, ut has
 ut Hortensius, iocaris ut Curio, motaris ut Fabius, simulas
 ut Crassus, dissimulas ut Cæsar, loquaris ut Cato, dissimulas
 ut Appius, persuades ut Tullius.

Et qua sparguntur in omnes,

*Claudius de
 landis. Scillia,*

In te mixta fluunt, & que diuisa beatos

Effusione, reflecte cœnes.

Dixi plura quam potui, sed pauciora quam debui. Conclu-
 dam sermonis magis sine, quam gratiæ, quæ, vir summe, su-
 scipe precor serena fronte laborum munusculum, quod si ex
 tua dignitate spectetur, exiguum: si ex meis viribus, medio-
 cre: si ex animo, magnum. Suscipe magis affectum hominis
 audentis pusillum æterni nominis tui memoriæ consecrare.
 Recogita, quod solent initia portendere meliora. Aspexi
 namq; parentes linguis paruulorum balbutientibus delecta-
 ri, ideo indulgentiam meretur humilitas, quæ, quo potest
 accessu, sublimitati tuæ se porrigit atrectandam, non glo-
 riam mendicans, sed gratiam. Suscipe parua de magnis,
 pauca de plurimis.

Et hoc vœxi complectere pignus amoris,

*Lucan. Paneg. de
 ad Pisonem.*

Quod si digna tua minus est mea pagina laude,

At voluisse sat est, animum non carmina iacto.

Tu modo latus ades, forsitan meliora tenemas,

Et vires dabit ipse fauor, dabit ipsa feracem

Spes animum.

Deus Opt. Max. qui potest vtrumq; bonum, & conferre
 seruandum, & seruare collatum, te seruet incolumem. Nam
 ego sinceri cordis affectu proferam, Viue diu, Hispaniæ vo-
 tis, Reipublicæ bono, Urbis, Regniq; fœlicitati. Firmet
 hoc omen Deus.

EMI-

E M I N E N T I S S I M V S

A T Q V E R E V E R E N D I S S I M V S

D O M I N V S

D O N P A S C H A L I S

A B A V G V S T A

A R A G O N I O R V M F A M I L I A

Ex Urbis Tolletana Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis

Amplissimi, Vicerex Neapolitanus,

E L O G I C V M A N A G R A M M A P V R V M .

Salus Heros, Salus,

Maximis Palmis, Sertis planè lactans,

Regià Pacis aura semper ardens,

Sumas Codicem,

G E M I N A E . F A X

Vocatur,

En leni nómine,

En pandoris.

Eam

Tibi

N I C O L A V S I O A N N E S A B R V S C I V S

Dicat.

165

EMI-

Eminentissimus, & Reuerendissimus

PRINCEPS

DOMINVS

D. PASCHALIS

ARAGONIVS

EX VRBE TOLETANA SANCTÆ ROMANÆ ECCLESIAE

Cardinalis amplissimus

Ad Sebethum.

Tetraſtichon purum Anagrammaticum.

Maiestate micans, en, ecce Neapolis Heros,

En Sidus, Prorex, Pacis Amicus, Atlas;

Endos muneribus nimijs, en Delius almus

Pandoris surgit: lenia metra canas.

P. 25r

Clavis litterarum.

14. 1. 6. 4. 15. 1. 1. 14. 5. 7. 11. 5. 4. 7. 17. 5. 7. 1.)
A. b. c. d. e. g. h. i. l. m. n. o. p. r. (t. u. x.) 125

DO-

Anagramma purum.

Vnica Clavis, lenis Ode, radians Pax, ac Sol Aonius Regni triumphas.



Rhythmicus Conuentus.



PASCHALIS REGNI praegestis VNICA CLAVIS,

Palladijs Charitum referans aeternae scenis,

Es faultis ODE Sirenibus omine LENIS

Nobile, dans Phoebis Regalia munera flauis.

PAX RADIANS, Cererem nutris, Hispanaque Nauis,

Sertis cincta factis, cultis celebraris auenis.

Ac SOL AONIUS regnas, splendore venenis,

Hæresiarcharum fera vibrans ipicula prauis.

Hinc tibi Sebèthus moderamine factus Iberus,


Nectareis vndis refluat, tibi præstet honores,

Parthenopemque metris ad laudes trudat Homerus.

Sic decet, vt dentur Coelis Virtutis Amores,


Sit tyrius Istrophijs decoratus ritè Galerus,

Ad Pompasque nouas cantum reuocentur Olores.




Can. D. Lucas Carolucius Reg. Cappellanus Regalis Matricis Cinitatis Altamira.


1595.



Clavis litterarum.

A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.





PERILLVSTRIS DOMINVS
NICOLAVS IOANNES ABRVSCIVS

Maximus, ac facundissimus Legum
Doctor Aquavivensis. 88

Anagramma purum.

Dum tu Pandis LIBRVM, qvæ GEMINA vocantur Pandis, a
lenis, suavis, solus, celsus Iason emicas, coruscas. 88.

*Incerti auctoris.
Rhythmicus Concentus.*

DVM legale LIBRVM radiantem lumine PANDIS,
QVI FACIBVS GEMINIS IN MYNDI totius ORIS
Præditus exultat, fortis redimitus Honoris
Ad Musæa volat modulis rutilantia blandis.

En præCELSVS IASON, LENIS origine pandis,
Clarissimus IPSE MICAS normis, fretusq; canoris
Iuribus, Astræe ductu, citharisq; sonoris,
Ad Cæliculmen iam Palladis ægide scandis.

Minc Bauii fugiant, populorum castra trophæis
Te decorent, resonans te cantet lingua Maronis,
Ambrosiis Charites te compascantur hyblæis.

Te simul æthereis cumulet Bercynthia donis,
Montibus Aocides tibi ducant thura Sabæis:
Sic decet, vt méritis spes Nomen ritè coronis.

NICOLAVS IOANNES ABRVSCIVS. 24.

Anagramma purum.

O canas; en clarus nobis viuus. 24

Distichon.

EN CLARVS NOBIS tu VIVIS in Orbe Lyourgus;
Veridicas Leges, O Nicolae, CANAS.

D. Lucas Carolucius Canonicus Altamvranns. 1664.

**Perilloffis Dominus Nicolaus Ioannes Abrascus
de Aquatua.**

Anagramma purum.
NICOLAVS IOHANNES ABRASCVS

**O Iure uigili! O Iudicium, in Discipello?
Viris uari uerq; de uisq;!**

D. Caroli Ximenes Fetti Altamuratis.



AD LECTOREM.

Incerti authoris.

TETRASTICON.

**Aspice, quem doctum leges statuere parentem,
Cuius GEMINAS Rupuit Phabus ab axe FACES.
Palladis heredem dicas, si Pallas alumnum
Virgineo possis reddere casta sinu.**



NICOLAVS IOHANNES ABRASCVS

CANONICA APPROBATIO.

De mandato Illustriss. ac Reverendiss. D. Archiepiscopi sub die 23. Junij 1664. fuit dictum, quod Rev. V. P. D. Canonice, & coadjutor D. Fabius Bonafides revideat, & in scriptis referat eidem Illustrissimo.

Vitus Jacobus Patronus Archidiaconus, & Vic. Gen.

Illustrissime, & Reverendissime Domine

Opusculum hoc, tunc inanis ingenij appendicula in Jetti pro titulo, FAX GEMINA, Possessory, peccatorijq; articulum hinc inter partes acerrime agitataum complectens, calamo, & lucubratione eruditissimi, ac perspicacissimi juvenis Nicolai Joannis Abruscij. I. C. Aquavivæ. Dominationis Vestræ Illustrissimæ præscripto ex iussu, tam diligenter, quam libenter evolui; Nil reperi orthodoxæ Fidei, boniue moribus dissentaneum; Imò illud nimia eruditione, summiq; doctrinæ refertum, methodo elegantissima hæcenus non cognita, ut non immerito ex hac scribendi forma Papiniani, Scevolæ, aliorumq; magni nominis Consultorum in hunc respondendum sibi author famâ comparavit. Millies de hoc virtutis omnigenæ professore gloriabitur Aquavivæ; admirabuntur comprouinciales, Regnicolæ, ac versatissimi Urbis, Orbisq; nostri seculi Literati, & docti; literariam scientiam, bonamq; viuedi normam sequentes; si author, quæ retinet opera, in lucem prodire curabit. Quæ propter ad degustandam hanc mellissimam ingenij Abruscij partem eam Typis mandari posse existimo, ut amplius author ad illustrandam iurispudentiam, scholamq; pariter literariam aliis fecundissimi ingenij facibus afficiatur. Nisi aliter Dominationi Suae Illustrissimæ, quem Deus seruet incolumem videbitur. Datum Barii in Aedibus nostris die 28. Junij 1664.

Fabius Bonafides V. I. D. Theologiae professor, ac Canonicus Deput.

Visa supradicta relatione Revisoris, fuit dictum quod Imprimatur Barij 30. Junij 1664.

Vitus Jacobus Patronus Archidiaconus, & Vic. Gen.

~~...~~
Potest perlici, & fieri publicanda; ex quo nihil continet contra Fidei Catholicam, nec contra Jurisdictionem Ecclesiasticam, aut contra bonos mores, sed eruditas allegationes, ac plenas omni genera modernorum lectionum; magni nominis author librorum copiam, & sapienter addidit ad scribendum.

Julius Caponus.

Paulus Garbinati Vic. Gen.

Can. D. Mathias Benti S. T. D. & S. P. C.

REGIA APPROBATIO.

Eccellentissimo Signore.

IL Dottor Nicolò Gio: Abruscio d'Acquaiua espone a V. E. come desidera dare alle stampe vn'operetta legale Academica intitolata FAX GEMINA, quarum altera ad possessionis, altera ad proprietatis leges illuminandas accenditur. &c. supplica V. E. sia seruita commettere la revisione à persona intendente, e l'hairà à gratia, vt Deus.

V. I. D. Ludouicus de Luca videat, & in scriptis referat. Suae Excellentiae.

Galeota Regens. Villosa Regens. Nauarra Regens.

Pronisum per S. E. Neap. die 2. Maij 1664. Lombardus

Illustrissime, & Excellentissime Domine

Vidi iussu Excellentiae Suae cruditissimum iuris responsum, cui titulus FAX GEMINA, quarum altera ad Possessionis altera ad Proprietatis leges illuminandas accenditur, editum à solertissimo Nicolao Ioanne Abruscio, Iurisconsulto Acquaiuense, opusculum sanè magna eloquentia, ac eruditione exornatù, suiq; authoris peritiam in Iurium controuersis, expendendis differtissime indicans. In ipso solares legum radij praenoscuntur, & quæ pro possessionis, ac proprietatis iure constitutæ sunt, sollemniter, ingeniosè, rectoq; iudicio explanantur. Habent bonarum artium studiosi, vnde discrimina praefati negotij diluant, nec in tenebris amplius huius luminis splendore se esse praenoscunt, nam duplici face lucidissimum author constituit, & non aliam lucem, quam ex typis quærit. Hanc, si Excellentiae tuae videbitur, largiendam esse diiudico, vllæ enim vmbrae prauitatis aduersus Regalem iurisdictionem, aut bonis moribus dissonantes ipsum obnubilant, proinde vt in publicum euulgetur etiam rogo. Neap. die 12. Maij 1664.

Excellentiae Tuae

Seruus deditissimus

Ludouicus de Luca.

Visa supra scripta relatione, imprimatur, & in publicatione seruetur. Sub Regem.

Galeota Regens. Villosa Regens. Nauarra Regens.

Pronisum per Suae Excell. Neap. die 13. Maij. Lombardus

E M I N E N T I S S I M V S
PASCHALIS CARDINALIS ARAGONIVS

*Purpuratum Hispani Cæli Sydus,
Non minus umbra, quam luce spectandum;
Mallet lasere, nec tamen potest,
Illustrante fama virtutes,
Quas obscurare modestia nititur,
Hinc Romanis, Austriacis inde luminibus circumseptus.
Mira Principis gloria!
Tantis placuisse Principibus:
Mirum magis,
Quod summis eque placet, & infimis,
Quorum illos habet gloria fontes, hos campum, ac segetem.
Quantum inde accipit, hinc effundit;
Nec rogari patitur, dum omnia erogat:
Hoc ditior, quod manu facere diuites,
Quam inter diuites numerari,
Ornanda pacis tranquillitati,
Sedandis bellorum turbibus natus,
Vnum componere virtutum certamen haud potuit,
Suum sibi unaqueq; vendicat,
Suum singule possident,
Vix simul, atq; vittrices,
Animi magnitudo supra apicem effert humanum,
Deprimit humanitas infra hominem.
Quem armat Iustitia, Religio exarmat:
Clypeum experitur innocencia, gladium scelus:
Portum fides, Perfidia scopulum,
Arx Genium, Consilia Oraculum,
Regna Parentem habent,
Felix Neapolis tanto Prorege,
Quam vix attigit, cum beavit,
Vix afflauit, cum illa reuixit.
Idem in mari Principis fuit appulsus, ac flagitiorum expulsio,
Nomen ipsum grande aliquid affert, ac fortunatum;
Alphonsum reuulit Paschalis,
Maioribus maximis vires sua maior,
Nec dignitate minor,
Austriaci se fasces Imperij, se Vaticana spectes insignia,
Quamquam ille non nisi oneri honoris,
Purpura incrementum pudoris est:
Laus verecundia simulus,
Silentium Preco.*

NICOLAVS IOANNES ABRVSCIIVS

Mecenati suo

D. D. D.

b

LET-

L E T T E R A

Dell' Illuftris. e Reuerendis. Sig.

D. FRANCESCO GAETA

VESCOVO DI BITETTO

ALL' AVTORE.

A. G. G.

Molto Illuftr. Sig. mio Offeruendiffimo.

HO' più volte letto cò mia ammiratione, e profitto l'erudito scritto di V. S. intitolato, *Fax Gemina*. Mi astengo à proferirne il giudicio, essendo inferiore al suo merito à tutti noto, e da ogn'vn riuerito, di cui è sì grande la reputatione; che non cape accrescimento; Nè mi conuiene toccar le sue lodi, poiche, ò farei forzato offender la sua modestia, con dir' il vero, ò la verità, coll'esser scarso; e tanto più, che tenendo ella alto concerto di me nell'eccesso della lode datami, me n'ha debilitata la fede. E se bene la verità non vuol colori, nè arte, nè rare virtù fa bisogno di panegirici, pure mi fò lecito il dire, che se hoggi fossero viui li cinquecento mila libri di Tolomeo Filadelfo Re dell'Egitto, ò secondo altri, settecento mila, tutto mi applicarei, per imparare assai, à questa dotta compositione di V. S. Così insegnò il Dottore Angelico, che chi desidera di uenire molto dotto, dee vn solo libro studiare; e prima di lui Seneca: *Nusquam est, qui ubiq; est, distrahit animum multitudo librorum*, come pratico il P. Lainez, secondo, e dottissimo Generale, che fu della Compagnia di Giesù, contèto di vn solo libro in Camora, e goderei la purità della mente di V. S. con cui ha composta, soarezza della dottrina, candore dello stile; facilità nello spiegar i suoi sensi in materia tanto controuerfa, metodo ben inteso, felicità nel dire, nel senso accomodatuccio delle parole restuali, e la varia, e copiosa eruditione, che ristretta in pochi nomi, e minori carte, le succede comè à vn fanciullo piccolo, che inalzato su le spalle di Gigante comparirà di simifurata statura, essendo Gigante il valor di V. S. che, non al guadagno, mà alla verità consacra i suoi sudori. Non dee però ella arrestarsi nel corso glorioso de' suoi studij, col dare alla publica apparenza quest' vnica compositione, che seruirà a' professori della scienza legale di doppiero acceso, per trouar la gioia smarrita della giustizia; mà arricchisca il nostro secolo con nuoui frutti della sua feconda, e dottissima penna, ad effempio di Seruio Sulpitio, che di leggi ciuili compo-

composè cento ottanta volumi; e di Ateio Capitone, sessanta; ed è consiglio di Santo Agostino: *Vile est plures à pluribus fieri libros, diuerso stylo, non diuersa fide*; tirato dal comun beneficio, comunicando i suoi rari talenti più presto, che dal piacere della gloria mondana, come disse Giouenale:

*Terni insamabile multis
Scribendi Cacoethes.*

Nè la trattèga l'età giouenile, perchè vien questa vita dalla maturezza della dottrina, verificandosi di lei quel che si predisse del Crasso:

*Quid rogo maturà facies veniente senectà?
Cedenti & Gracchi, cedet vterq; Casus*

Finisco, perchè se volesse lodarla bastantere, scemarei delle sue lodi, essendo tale la conditione delle cose grandi, che avanzano ogni facondia, nè amettono penna, che non sia strappata dalle ali della fama; e con virtortente d'Inchiosstro per celebrarle; & i soli pennelli di Apelle dipingono gli Alessandri. Auguro à V. S. i pompimenti di suoi desiderj, e le bacio cò cordialissimo affetto le mani. Biretto 16. Luglio 1664.

Di V. S. Molto Illustre

1664.

E. Vespona di Biretto

AD NICOLAUM IOANNEM ABRAHAMUM
Venerabilis Domini Antonii Parisiani
Illustri & Excellentissimi Domini
DOMINOS IOSEPHI DE ARAGONIA
Domi. Illustris Al. Dom.

Affectionatis & obligatis. Seruitore vero
E. Vespona di Biretto

I V D I C I V M

ILLVSTRISSIMI, ET REVERENDISSIMI D.

D. IOSEPHI PALERMI

EPISCOPI CONVERSANENSIS.

Ingenti animi alacritate, vidi geminam hanc Possessorij, Petitorijq; Facem, cuius lumine Iurium et arefuit obscuritas, & legalis disciplina spheram supergressa, omnigena Scribentis eruditio, eloquij floribus redimita coruscet. In vtraq; grauitas, & concinnitas, vtilitas, & lepor, claritas, & breuitas, miro sunt iuncta nexu. Vt in feraci librorum ætate, quãdo vel apices exurgunt in Codices; Bibliothecę in Enchiridion redactę, inexplebilibus Sciẽtiarum Helluonibus, opiparẽ paretur hęc ferculũ. Fax hæc gemina, duplex veluti Phosphorus, noui Solis, in virtutis carpento, & ætatis auge micantis, fulgentissimos glorię radios auspiciatur. Faxit Deus, Auctor, vt ominor, Orbis profectui, Patrięq; decori diũ viuat. Cuperfani Kalendis Iunii 1664.

Ios. Palermus Epif. Conuersan.

AD NICOLAVM IOANNEM ABRVSCIVM

Vtriusq; Iuris Doctorem, Aquazuiuz Patritium,

Illustriſſimi, ac Excellentissimi Domini

DON IOSEPHI DE ARAGONIA.

Ducis Ciuitatis Alessani

TEATRASCICOM

Plandite nunc, fanger multis concentibus Etra,
ABRVSCI ingenio plaudite voce simul.

Plaudite victores Parnassi plaudite dico,

Plectra triumphali carmine Fama canit.

EPI-

EPISTOLA

Illustrissimi, & Reuerendissimi D.

D. IOANNIS MONTERI

PRIORIS REGALIS ECCLESIAE S. NICOLAI BARENSIS.

A. V. T. H. O. R. E. M.



Geminam tui acutissimi ingenij Facem, aureum Opus, foelicissimum partum accepi: Sedum inspiceré, dubius fui, ab Opere Authorem, an magis Authore Opus admirarer, uti singulare, & eximium, facundissimumq; doctrinae simulacrú? Amicitia, & modestia tua me quae praescipsere Censorem; sed calami tui merita imparem laudatorem fecerunt. An radiantes tuae Facies, ut luceant alijs, typis mandari mereantur, desideras à me confidenter scire, sed audi pro me tibi Cassiodorum alloquentem: *Mores primasos, corrigis, auctoritate Rectoris, excedentis audaciam frangis: timorem, legibus, reddis. Et adhuc dubitas, edere, quod, raris, utilitatibus, probas, posse, congruens?* *Capitulum, etiam (ut ita dixerim) speculamentis, tuis, ubi, omnia, erat, ventura, passis, inspicere?* Machinam mundicalem creauit Deus, sed et dies, & noctes, praesentis, temporisque, distinguere, fecit, duo, luminaria, magna, quae, in nascentis, mundi, primordijs, tenebras, effigarent, sed, nunc, parui, mundi, huius, (nempe, hominis), lobente, natura, ad, eliminandas, animae, tempestuosas, caliginas, seorsuas, mirifice, reseruauit. Prodeant, prodeant, in, lucem, tua, micantissima, Facies, ut, luceant, omnibus, qui, in, domo, Dei, sunt; de, ipsis, (ni fallor), affirmare, possum, quod, Sanctus, Prosper, de, verbi, Dei, Concionatoribus, proclamabat: *Duplicem, habent, affluam, ut, et, illustrata, animas, et, ad, nram, cum, eadem, vi, et, ardorem, virtutis, adiucium, et, peccatorum, spinas, ut, ut, et, am, fumant.* *Mis, te, in, facibus, tuis, veluti, in, speculo, contemplantur?* audi, Ioannem: *Ille, nos, lacerna, ardere, et, lucere.* *Attendo, Prophetam: Ignem, eloquium, tuum, uehementem, miserans, totum, dedit, illud.* *Diligantur, et, obseruantur, leges, si, ex, veris, charitatis, radijs, scintillare, uidentur.* Sic, (Deo, dante) spirituali, fidei, durabilique, continuatione, ignita, uerba, tua, exarata, in, ista, uita, de, scriptoribus, sonabat, Tritemius: *Predicator, loquitur, duram, et, praesentibus, Scriper, praedicit, etiam, futuris; illius, sermo, semel, auditus, in, nihilum, redigitur, istius, lectio, mollesces, uerba, uerba, uerba, uerba.* De, te, proculdubio, etiam, Epitetus, Philosophus, loquebatur; dum, dixit: *Quomodo, modum, faces, in, portu, sublate, magna, flamma, excitata, nauibus, per, mare, errantibus, multum, uerba, uerba, uerba, uerba.* *Vir, doctus, in, Vrbe, periclitante, prudentiae, luce, Cicer, officis.* *Dicentibus, igitur, te, facibus, tuis, foelici, sorte, fausto, auspicio, ferè, omnium, scientiarum, nauigas, Oceanum; & cum, supra, hominem, sit, ubique, sine, lapsu, labiles,*

Præfat. lib. variarum.

Genesi.

Super Psal. 103.

cap. 5.

Psal. 118.

De laudibus Scriptorum.

Citatus a Sto beo serm. 45.

atra-

atramenti vadas plūmis enavigare, tñ sine tempestate portum
 foeliciter tangis. Quælibet Fax tua, non sicut illa Leandri (è cu-
 ius fatali occasu naufraga eius exitialis ruina) quæ tremula, er-
 ronea, tumultenta, caduca fuit; sed tuæ doctrinæ lux coruscās,
 fixa, grata, & beniuola nitet, cuius clarissima directione, nullus
 deuiare potest, necesse est portum tenere .

Cum in singulis singularissis, in quo excellentior existas, prorsus
 ignoro; in Opere tuo mirantur amœne literaturæ iucunditas,
 modulatus sensus, subtilis interpretatio, sine deceptione subli-
 mitas, & sine molesta affectatione elegantia ; itaut vernanti sty-
 le dùm Leonem, & Chrysologum imitaris, facundia, & senten-
 tijs; Tullium, & Senecam vincis; Sed audi Sidonium: *Opportu-
 mitas in exemplis, fides in testimonijs, proprietas in Epithetis, urbani-
 tas in figuris, virtus in argumentis, pondus in sensibus, flumen in
 verbis, fulmen in clausulis.* Mirentur omnes in resoluendis quæ-
 stionibus tui ingenij acumen, in refutandis aduersantium opi-
 nionibus efficaciam. De te cum Enodio dicam, quod ipse de
 Theodorico Rege affirmabat: *Nec replicationibus tuis reperiuntur
 contraria, nec obiectionibus facilis occurrit solutio.* Rerum maietatē
 euehit stylus sententiosè facilis, nobilitasque vocum substantiæ
 nobilitati famulatur, excultaq; lingua perpolit assumptum, plu-
 ra significans, quam dicens; Neque enim Virtus renunciauit
 ingenio, sed omnia sic iucunda sunt ad gratiam, sic robusta ad
 victoriam, ut nil ultra desiderari possit. Omnia hæc iam diu
 dicebat Syxtus Senensis: *Verborum, & Orationis genus sententijs
 fluens, semperq; ferè in absolutis, & perfectis finiens periodis, non af-
 fectatis tamen, nec quaesitis, sed ex pristina secularis eloquentiæ exer-
 citatione vitro manantibus.* In opere tuo amicabile foedere re-
 periuntur maturum deliberandi iudicium, acutum probandi
 ingenium, cum noua, & solida eruditione coniunctum, talitèr
 quod præterita, præsentia, & futura cõprehendas; Cassiodorus
 fatur: *Præterita sine falsitate describuntur; præsentia plusquam
 videntur, ostenduntur; futura quasi iam perfecta narrantur.* Quibus
 opus tuum incredibili studio laboratum, eruditum, expolitum,
 & valdè utile euadit; Mole angustum, pretio immensum, bre-
 uitate succintum, comprehensione interminum. Tu de te dicere
 potes, quod de se aiebat Oxoniensis Anglicanus, in suarum
 Epigrammatum Opusculo, ad lectorem:
*Nostra tibi breuitas ignauia forte videtur;
 Crede mihi, labor est non lenis, esse breuem.
 Non facio ut multi, qui multa, & stulta loquuntur,
 Sermo meus stultus fortè, tamen breuis est.*
 Vale, & me amare perge, dum manus tuas sincero amore deo-
 sculor. Bari die decima tertia mensis Iunij 1664.

Ad Remigium
 lib. 9. epist.
 12.

In eius Pa-
 negirico.

lib. 4. Bibl.
 16.

De Diuinis
 lectionibus.
 16.

D. Ioannes Monterus Prior Sancti
 Nicolai Barenfis.

In

In laudem
NICOLAI IOANNIS ABRVSCII

AVTHORIS PRAESTANTISSIMI OPERIS,

CVI TITVLVS

FAX GEMINA
ELOGIVM

LVDOVICI DE LVCA ADVOCATI NEAPOLITANI

*Haud unum promeretur Encomium,
Qui de Sole ingenij sui GEMINAM profert FACEM,
Geminum Orbem illustraturus.*

Haud exlex errabit calamus

In eius laude

Qui tam laudabiliter promouet peritiam legum.

Iure maximo sibi adsciscit Elogia,

Qui tam scite Iura omnia

Perferuatur.

Illuminando leges, seipsum illuminauit & patriam;

Non tam Aquila, quam Phœnix ingenij,

Quam è legali disciplina hausit lucem,

Omnium in lucem bene prodigus erogauit

Vt Iurisprudentiæ fontes

Non minus hausisse, quam exhaustisse videatur,

Materias sic calles singulas

Ac singula essent,

Vt haberentur omnium singula,

Et omnia singulorum.

Tæxpromens oracula, quor' voces promit.

Clange igitur argenteo lituo

ABRVSCIVM fama;

Tuq; ars statuarum constatrix

Ingens illi molire Colossum.

Viuat æternum in marmore

Vt suis æternum viuet in paginis.

Triumphans plaudat Apulia,

Heroum facta semper, nunquam effata progenitrix

Authoris tanti dignata natalibus.

Nullo unquam ano intermoritura

Viuat AQVAVIVA perennis.



Dominus Nicolaus Ioannes Abruscus

HOV 581 *Anagramma.*

In biuio fidus manes, o Luna coruscans.

Anagramma.

En, ABRVSCIE, tui plestri, miracula; lumen
In BIVIO è Gemina Face perenne facis.
O SIDVS sublime MANES, O LVNA CORVSCANS!
Quanta noua methodo digeris, atque notas?
Secula prisca refers, adnectens sacra prophanis;
Ius sapis, Historicus, Rethor, Apollo, Sophus.

Josephi Solhomii Doctoris Phisici.



Ad Perillustrem

NICOLAVM IOANNEM ABRVSCIVM.

I.V.D. & meritissimum Ciuicatis Aqueniz Patricium.

IOSEPHI DE SIMONE CAMPIENSIS V.L.D.

Et Phisici, Accademici Errantis,

DETTO L'INQUIETO.

Epigramma.

Expellit tenebras Phoebus, lucemq; reducit,
Irradians terras crine micante suo.
Titan ABRVSCIVS, peragit dum dogmata legum,
Cuius vi calami cuncta soluta manent.
Vnam, Phoebe, facem gestas pro lumine mundi;
Pro mundi hic GEMINAS utilitate FACES



C A N D I D O
I N S P E C T O R I

NICOLAUS IOANNES ABRVSCIUS:



a Horat. in *Artes Poetic.* Hieronim. *Vida* lib. 2. poet. circa finem.
b Plinius lib. 7. epistol. fol. 7.
c Idem lib. 5. epistol. 7.
d Martialis lib. 7. epigram. 23.
e Velleius Paternulus lib. 2. histor. Roman. c. 92. fol. mibi 250.
f Plinius praefat. natural. histor.
g Ambrosius 2. Apol. David. c. 2.
h Sidonius lib. 7. epistol. 9. f. mibi 190.
i Cassiodorus 11. var. in praefat. f. mibi 354.
k Leo Papa ser. 1. de Ieiunio sept. mensis.
l P. Inglaris *Elogia Dei* hominis 16.

Alex. Farra in *Seprenario Venetus Harmon. Mundi Ricciard. Comen. Symbol. Gorop. Hermetica, & Hieroglyph. Comma de Arte Cyclo-gnomica, & de Divinis natura charactervis*, 10: *Picus in Caelis. Cabalist. Paul. Scaliger. lib. 2. Epistem. Arcang. de Burgouono in dogmate Cabalist. & alij.*

CVM, placito Venusini, nonus annus ad scribendum relaxetur authoribus; verebar has *FACES*, *A* quas veritatis illuminandae gratia dudum accenderam, in lucem edere, *B* fas cogito quam sis magnum dare aliquid in manus hominum, *b* & malignitati interpretansiu exponi, *c* *Quid non audebis perfida lingua loqui?* *d* Infata enim mortalibus est natura, aliorum felicitatem aegris oculis introspicere, *C* audita visis laudare libentius, praesentia invidia, prosequi veneratione praeterita, illis obrui, his instrui; *e* & quod deterius obtreccatione aliena scientia fama sibi aucupari; *f* prorsus immemores, *Quod saepe in iudicando maius est peccatum iudicij, D quam peccati illius, de quo fuerat indicatum.* *g* Quare decreueram prius tacendi patientiam, quam loquendi monstrare doctrinam. *h* Multo enim satius est, *Vitiosa tenebris occulere, quam culpanda praesumpta importunitate vulgare.* *i* Sed amicorum suave collegium me impellit, ut eas & si ventilatas in conditis rationibus, sic repente super candelabrum, veluti lumen prolatum est specula, collocarem; apte subiiciens, hominum conditorem ociosa munera non sufferre, qui servis suis sic mensuras distribuit talentorum, ut creditum qui libenter erogasset augeret, qui steriliter servasset amitteret. *k* *Theaurus enim ignoratus neminem ditat: lucerna sub medio demeretur lumen: celata virtus sterile bonum; prodita, & admiratores parit, & amatores: l* Si enim reconditae torpissent sapientiae Patres, fama celeberrima caruisset Sigillum naturae apud Phoenices, *De Numero, pondere, & mensura: Magia apud Persas, Divinarum virtutum, & mysteriorum contemplatrix: Gymnosophistarum apud Indos institutio, De Comparatione morum, & natura: Palestinus riuus, De Rerum omnium Sympathia, & Antipathia: Escorum ritus, De Vera vita contemplativa cognitione, & ipsames occulta sanctitate: Orphica Philosophia, De Lege, omnique parente reuolatio alphabetaria: Pythagorica doctrina, De Ipsames absoluta Idea magna, potentis, ac terribilis: Symbolica traditio, De Vera, constanti, ineffabilique scientia: Gorgiae Leontini modus, De Omnibus omnium artium quaestionibus disputandi: Et Aegyptiorum confederatio, De Vero huius generis*

A Reficiatur lectoris animus nouo titulo, sicuti amimus viatoris hospitio. Augustin.
B Qui scribit multos sumit Iudices, Hieron.
C A detrabentium dicacitate nemo immunis, nisi qui nihil scripsit. Idem.
D Vt obiectum fuit Apostata Iuliano, qui Apologeticum B. Apollinaris contempserat, Legisti, sed non intellexisti, si enim intellexisses, non improbares, Sozomen. histor.

Literarum scientia ornata tacitas, & loquaces; tacitas, quoniam mores purgat; loquaces, quia verborum gratiam subministras, Cassiod. 3. var. cap. 33. fol. mibi 106.

E P I S T O L A

ris patriæ colono. Ager itaque noster, rorante desuper gratia Conditoris, labore munitur, certamine seritur, sudoribus fecundatur. Quis unquam otiosus trophæa composuit? a Otium, & vitium cognata sunt nomina: vix alterum sine altero. Oportet ergo eius herbas conuellere: oportet aridum cespitem sarculo operante mollire; aliter ea producet, non qua condenda horreis, sed qua urenda sunt flammis. b Compulsus itaq; ante docere quam discere, A veluti sterilis arbor, cum non habeam opera pro pomis, spargam verba pro folijs. Quandoquidem, priusquam ulli bonorum reddam discens obsequium, cogor debere ceteris docentis officium; c Et hæc ingenioli parua libamina, B quæ pro explicanda huius negotij qualitate profuderam, Non consequenda laudis aviditate, C sed charitate feminanda virtutis, d promulgo; breuiter locutus D vt paream, longum taciturus vt discam.

Suscipe igitur, studiose lector, hæc nostra primordia: suscipe paruum munusculum subcisuis horis elucubratum; Si cognoscis, ignosce: E Edisum illud est tanquam inchoata arte, & imperfecta, vt contra iudiciorum varietates super esset artificij regressus ad veniam. e Animosè confido, quia sola miseria caret inuidia, fruam humanitatem sereno vultu ea videre magis, quam more hominum inuidere, F in cœnijs rodere, in circulis vellicare, vbiq; carpere, g confido quod bonus interpret extendas, h eorum obstruens ora, qui quod assentiuntur non possunt, maledictis deprimunt; i & vt est vulgare pro-verbium, Quæ nesciunt, aspernantur. Adhæc inuidiam deprecabor, quam eò æquioram futuram spero, quod infirmum, & informem hunc foetum non sapientior ætas, sed ea, quæ lapsibus est procliuis (vix enim secundus supra trigessimum mihi premitur annus) parturijt. Solatur tamè quod semel errare G tolerabile est. k Imò si humana attentâ meditatione reuoluo, omnes Andabatarum more decertant, H Et in nullo penitus errare, diminutis potius, quam mortalitatis est. l Quis innumera & diuersa, & non prospèctat aduersa apud ipsos Iurisprudentiæ fabros? Alibi Labeonem Proculus reprehendit, cuius sententiam Celsus tridet. m Alibi Nerua derisus est. n Notat Marcellus sententiam Iuliani, quam tamen sequitur Vlpianus. o Sæpè Sulpitius à Q. Mutio I fugillatur, p at ille correctionis non immemor profusas in Mutium notas effundit. q Vlpianus vt plurimum Aristonem, r plerumq; Pomponium arguit. s Quandoq; Labeo responsum Trebatij, & frequenter Pauli dogmata insectatur. u Nec proprio genitori pepercit Celsus, x imò Domitio Labeoni sic scripsit: *Aut non intelligo*

- a D. Valerian. bo- mil. 3.
- b Leo Papa serm.
- c Sidonius Apollin. lib. 7. epist. 9.
- d Gugliel. de Bened. præfat. cap. Rainu- tius.
- e Plinius præfat. na- tur. histor.
- f Valer. Max. lib. 4.
- g Cicer. pro Cor. 57.
- h Senec. 2. de benefi- cijs c. 28.
- i Alciat. proem. de eo quod interest.
- k Quintil. declam. 210.
- l l. 2. parag. si quid autem. ff. de veter. Iur. enucl.
- m l. sed an vltro. ff. de negot. gestis.
- n l. est differentia. ff. in quib. causis pi- gnus.
- o l. motum parag. cū autè. ff. de eo quod metus.
- p l. 2. parag. Seruius autem. ff. de orig. Iuris.
- q l. Mutius. ff. pro so- cio.
- r l. inter stipulantem parag. sticum. ff. de verb. oblig.
- s l. de illo parag. idè quart. ff. pro socio.
- t l. qui concubinam. ff. de legat. 3.
- u l. fin. ff. de acq. rer. domini.
- x l. dedi parag. si quis ff. de cond. caus. da- ta.

- A Nunc ignoscite legentes, & si qua est incauta præ- sumptio, suadenti- bus potius impu- tate. Casiod. pro- em. var.
- B Ingenij fructus ef- fert, & quosdam mæis partus, quos nō tam liberos quā liberos dicimus. August.
- C Cui tamen sæpè et- iam boni indul- gent, Tacit. in A- gric.
- D Melius est pauca agere cautè, quā multis interesse periculose. Ausb. de Tabell. parag. si verd.
- E si quid non isti re- ctiis istis, Candi- dus imperti; Si nō his utere mecum. Horat. ad Numi- cium.
- F Qui invidet, mi- nor est. Plinius. Inuidia in melio- res. Gregor.
- G Licet semel im- pune peccare; sit erranti medicina confessio. Cicer. ad Oct.
- H Cum talis mtri- cis errores iuxi- mus. Idem 5. Tu- scul.
- I His verbi s. Turpe est par. itio, & vobis viro cau- sas e coranti Ius, in vno versatur, ignorare, d. parag. Seruius.

AD LECTOREM.

- a l. Domitius Labeo ff. de testam.
 b Olof. in l. fin. C. in quib. caus. in integrum.
 c Andreas Laurent. Anatom. Forestus & alij.
 d Macrobi. in saturn. Galen. 3. prognost. e Quintil. lib. 3. c. 8. Galeon. Martius de doctrina promisc. c. 8 fol. mibi 97.
 f Martius ibid. c. 7. 8. 9.
 g Ouid. 1. Pont. 6.
 h Augustin. epist. ad Marcell.
 i Horatius in Arte poetic.
 k Plinius lib. 7. natural. histor. c. 7.
 l Horatius ibidem.
 m Damianus in lib. Gratissimus c. 38. fol. mibi 447.
 n Cyprian. de Cardinalib. Christi oper. proem f. m. 441.
 o c. 3. parag. verum de verb. signif. in 6
 p Seneca apud Hering. de fideiuss. prefat.
 q Idem epist. 35.
 r Leo Papa ser. 5. de Natin. Dom.
 s Hieron. apud Hering. ubi supra. t omnino Seneca epistol. 84
 u Hering. l. cit.

zelligo quid sit, de quo me consulis, aut valde stulta est consultatio tua. a Iustinianus, & si clarissimus legum conditor, impè dicitur in cõdendis legibus Lethæo fonte bibisse. b Sed cur Iure Consultis, si medicorum quoque (vt reliquos missum faciam) A notantur antesignanè Quamuis Hippocrates, *vir diuinus*, c qui, teste Macrobio & Galeno, *nec falli, nec fallere potuit*, d in multis se deceptum ingenuè confitetur. e Quamuis Galenus & Auicenna, vti Medicinæ lumina & columnina venerentur, in plurimos tamen errorum scopulos impinguntur; f B verè Naso.

*Cum relego, scripsisse pudeat, quia plurima cerno,
 Me quoq; qui feci, Iudice, digna lini. g*

Non ergò placet sententia Tullij, qui nullum vnquam verbum, quod reuocare vellet, emisit. *Hac credibilior de nimium fatuo, quam de sapiente perfecto.* h Sed angit potiùs Horatiana sententia, *nescit vox emissa reuerti.* i Est dogma Plinij, *Nemo mortalium omnibus horis sapit.* k Gramaticus interdum locutus est barbarè: absurdè cecinit musicus: ignorauit remedium medicus: & vt protulit Venulinus, *Quandoq; bonus dormitat Homerus.* l Non ergò mihi pudoris erit oblitescere quod scribo, c dum non erubescam liberè confiteri quod sentio; vt qui notat elinguem, possit compensare fidelem. m

Noli deniq; leonino dente detrahere, quia controuersias à multis feliciter absolutas, sub incudem reuocare præsumpsi; Quandoquidem cum ipsæ contingant in factio iterum agitari, operæ pretium duxi (ne præsentis causæ iustitia, cuius serenitatem velabat nubes opposita, n opinionum tenebris inuoluatur) eas denuò hìc expèdere, D & p̄fiori iudicio trutinare; E & sic aliqua, quæ videri poterant dubia, declarare: nonnulla, etiam declarata, pleniori claritate differere. o In inueniendis (Inquit Romanus Philosophus) inuenta non obstant; siquidem intellectus ad instar Solis oritur, occidit, nec vnquam moritur; p & alibi, Veritatem nondum esse occupatam, multum ex illa futuris relictum esse. q Non ergò, quia plurimi hos legum articulos explanarunt, via præcluditur, quæ dicta sunt dicere; Nam sicuti Leonis Magni Pontificis Maximi contestatur effatum, *Melius est doctos onerare iam notis, quam rudes fraudare discendis.* r Rectè Hieronimus, *In veteri via nouam semitam quarimus, & antiqua, derisatq; materia, rudem artis excogitamus elegantiam, vt nec eadem sint, & eadem sint, vnum iter perueniendi quò cupias, multa compendia.* s Vt enim ingeniosius est, metalla à se inuicem separare, quam è terris eruere; ita fatius ex primoribus optima quæq; congerere, t quam propriæ industriæ viribus noua periculosè proferre. u *Agrescit profecto*

- A Etiam quicunq; habiti sunt mortalium sapientissimi, multa scisse dicuntur: non omnia. Columell. de re Rustic. in fin.
 B Nõ omnia, quæ magni auctores dixerunt, vtiq; esse perfecta; nam & labuntur aliquando, & oueri cedunt, & indulgent animorū suorum voluptati. Quintil. 10. orat. inst. c. 1.
 C Non erubescimus, si quid melius horum, quæ diximus, adinuenimus, & temperentem prioribus imponere correctionem. Auth. de nuptijs col. 4.
 Non pigebit me, sicubi hæsito; quæ vere; non pudebit sicubi erro, discere. Augusti. 1. de Trinit. c. 11.
 D Vtile est de eisdem quæstionibus plures à pluribus fieri libros diuerso stylo. Augusti. d. lib. 1.
 Sæper licet materiã antiquam repetere, vt aliquid addatur. Symmacus lib. 2. epist. 2. et 19. apud Hering. de fideiuss. c. 17. p. 1. n. 184.
 E Vt quod à prioribus prætermisum est, à sequentibus constet impletum. Cassiod. de Orthograph. c. 14.

E P I S T O L A

fecto ingenium, nisi ingi lectio reparetur: cito expenduntur horrea, qua assidua non fuerint adiectione fulcisa: thesaurus ipse quam facile profunditur, si nullis iterum pecunijs compleatur; sic humanus sensus cum alieno non farcitur iumento, cito potest attenuari de proprio. *a* Possem alia scitu digna congerere, sed plurima expatiari non patiuntur; *A* futuri operis prouentus (taxant superi) in tuum profectum dabit vberiora.

Verum, quia nullum tam perfectum est opus, *Quod non vallicare malignitas possit* *b* (quis in mundo placuit omnibus? verè Satyricus,

Pro capto lectoris habent sua fata libelli c)

te admonitum velim, nisi ruditatis deterfa caligine, *B* has noli *FACES* aspicerè, noli imperitis sermonibus *d* suggillare. *Doctis solummodo scribimus, e* & qui meliore *Musa* capiuntur, *f* *Me raris iuvat auribus placere. g*

Hinc Antimachus, cum aduersus Criticorum errores opusculum conuocatis auditoribus legeret, omnesq; eum præter Platonem desererent, *Legem* (inquit) *Plato enim solus mihi instar est omnium, h* à quo edoctus Heraclitus phisicus, summam laudis arbitrabatur, placere vni, si esset optimus, qui probaret; *C* quia magna prerogativa est placuisse sapienti, *i* & à laudato viro laudari, *rara merces ingenij, k* Vale, mi lector, & hæc ocij laxamenta æqui boniq; consule; *si non ignoscis ingenio, ignoscas tempori, l* ignoscas ætati. Ex nostro *ALVAEVI VAE* Museo Kalendis Maij Anno redempti orbis *MDCLXIV.*

A Iustum ergo non est, ut censor incipias cum senectate discutere, quod non potuit amicus cum senectate discutere. Sidonius lib. 9. epist. 13.

B In iudicijs opulenta facundia volubili ambitione iactetur. Cyprian. epist. 1.

Omne tulle punctum, qui miscuit vnde dulci, Horat. in Poet. vnde Clarus in proem. recept. sentent.

C Principibus placuisse viris non ultima laus est. Horat. lib. 1. epist.

a Cassiod. 11. var. in prefat.

b Senec. 2. de benefic. c. 28.

c Iuuenal. Satyr.

d ex Iob. P. Mofes. in Consuet. Neapol. Sic dicebat Cuiac. teste Mofes. parte

2. in proem. n. 21.

f Lypsius epist. 74. ad Germanos, & Gallos.

g Martial. 2. epig. 86

h Manutius in Adag.

i Symmacus Epist. 105. lib. 9.

k idem lib. 10. epist. 25.

l Hieron. lib. 2. epist. 9.



F A X P R I O R

P R O I V R E

P O S S E S S I O N I S

Cum operis huius materiam ex me sufficienter, ut decet, explicare non valeam; parvitati meae, O BONE IESU, lumen infunde, quatenus nec per errorem sermonis, nec per delicti consensum voluar in tenebris. Mei verò laboris merces tua sit gloria, qui singulorum merita pensas & vota. B. Laurët. Justinianus de interitu anima in proem.

N O T A B I L I V M

E X E G E S I S.

- 1 **R** *Ei indicata standum.*
- 2 **R** *Redivivas experimur nostri temporis lites.*
- 3 *Nulla lex, nullaq; deo ipso ad varietatem humana natura fas est ex Summo Pontifice.*
- 4 *Conquassus Seneca, quod mundus semper labitur in deterius. Litium immortalitatem, dispensia, & odia deplorant.*
- 5 *Ecclesiarum patres,*
- 6 *Philosophi,*
- 7 *Historici,*
- 8 *Politici,*
- 9 *Poeta,*
- 10 *Medici,*
- 11 *Legum Consulti.*
- 12 *Author coactus in arenam descendit, & quomodo.*
- 13 *Prius de possessorio, deinde disceptandum de petitorio.*
- 14 *Triplex proponitur disceptanda thesis.*
- 15 *Veritas exagitata magis splendescit in luce.*
- 16 *Sequestri in principio litis prohibito, & quare n. seq.*
- 17 *A nonnullis appellatur remedium desperatum.*
- 18 *Causa cognitionem exigit.*
- 19 *Theodorici Gothorum Regis locus adducitur.*
- 20 *Sequestri nullo modo conceditur contra titulo possidentem.*
- 21 *Index mandatis penalibus possessionem in sua manuteneri possessione decernet.*
- 22 *Vacua, & non occupata possessio sequestratur.*
- 23 *Perdendum est possidentem sua possessione cadere.*
- 24 *Index vim diceretur inferre, si possessorem sua primatum possessione decerneret.*
- 25 *Duplici modo consulitur petenti sequestri adversus titulo possidentem, & n. 39.*
- 26 *Author pro sequestro viriliter certat.*
- 27 *Index in officio in Iudicij limine, existente causa legitima, potest ordinare sequestri.*

- 28 Antonius Faber pro sequestro
affertur.
- 29 Sequestrum concedendum omni-
nò, si ex instrumento de potiori pa-
teas credito.
- 30 Imò semiplenè secundum aliquos.
- 31 Quare in presenti est firmatù
sequestrum.
- 32 Duplici inspectione sequestri
validitas demonstratur in facti spe-
cie.
- 33 Dilapidationis suspicio, & dif-
ficilis dilapidati recuperatio or-
gens causa sequestri.
- 34 Alexander Raudensis se Docto-
rem celeberrimum appellans, agrò
sulis Marta, irrigit Fomsanella.
- 35 Facile deservias bona, qua sta-
tim quis velicturus est.
- 36 Semper presumpcio facta contra
possessorem, quod litiges causa dif-
ferendi iudicium, ut incertis capi-
at fructus.
- 37 Intra frustratos actus abhor-
rens.
- 38 Præcis quotidiana pro eo, qui
habet ius, vel hypothecam super
aliqua re & n. 26.
- 39 Dilapidatio debet causa cognita
apparere.
- 40 Facilitates absentium secundum
Theodoricum Regem iniurijs vi-
dentur exposita.
- 41 Pana alienantis pendente lite
est nullitatis contractus, & amif-
sionis crediti.
- 42 In notarijs potest iudex extra-
iudicialiter, & parte non citata, se
informare.
- 43 Citatio non requiritur in seque-
stro, ubi nullum retentum parti
affert.
- 44 Bona stabilia hypotheca suppo-
sita possunt quoq; sequestrari.
- 45 Causa oblata rejicitur, si bona
sequestrari possunt.
- 46 Satisfactio propositum notuolū
non mutat.
- 47 Ne partes veniant ad arma se-
pè numero fit sequestrum.
- 48 Præsides, urbiunq; moderatores
statum Reipubl. pacificum servare
seventur.
- 49 Ex cõtensione possessionis quo-
nam modo discrimen irretractabi-
le oritur.
- 50 Armorum suspicio debet sum-
marie apparere.
- 51 Fallis si inter litigatores capi-
talis adesset inimicitia, qua ex ma-
ioris partis bonorum lite suboritur.
- 52 Sequestrum hoc in casu etiam
absq; causa cognitione procedis.
- 53 Verborum cõtensio fortior ferro,
& veneno secundum D. Valerianum
Episcopum Cemeliensem.
- 54 Monitū Salomonis cordis sabu-
lis iugiter inscribendum.
- 55 Vitia semper remedijs fortiora.
- 56 Melius ante tempus occurrere,
quam postea remedium querere.
- 57 Timor belli bello aequiparatur.
- 58 Imò peior bello secundum Sene-
cam.
- 59 Iudex ubi videt periculum, sta-
tim adhibebit remedium & seq.
- 60 Iudex pro bono pacis potest rece-
dere à regulis iuris.
- 61 Consanguineorum discordias ef-
se acerbissimas per politionis do-
ctrina tramites demonstratur.
- 62 In dubio presumitur quod credi-
bile est.
- 63 Verisimilitudo pro veritate ha-
betur, imò pro lege.
- 64 Sequestratione non amittitur
possessio, præsertim voluntaria.
- 65 Clausula, citra præiudicium,
pariū, quid operetur in sequestro.
- 66 Preambulum obtentum pendente
lite, vti assensu nil operatur,
neq; possessionem transfert & n. 71.
& 72.
- 67 Vitia in possessione à prædecessore
con-

- contracta, successorem inficiunt.*
- 68 *Ad obtinendum in possessorio debet constare de bono iure petitorij.*
- 69 *Donatarius est legitimus contradictor ad impediendum heredibus donatoris in bonis donatis immisionem.*
- 70 *Remedium l. fin. C. de edicto D. Adriani tollendo, habet locum in bonis testatoris non aliena hypotheca suppositis.*
- 73 *Io: Antonius Molegnanus authoris sacer laudatur.*
- 74 *Iudex semper presumitur iuste agere.*
- 75 *Egregius D. Ambrosij locus adducitur.*
- 76 *Respondens ultima primis.*

SYNOPSIS.

S Equèstrum proprietatis & fructuum, quamvis inter ipsa causæ primordia legibus interdictum; si tamen ex publico documento, vel aliter semiplenè iura petentis illuxerint potiora; extra aleam controversiæ fieri posse, iure responsum est * Dilapidationis manifesta suspicio, & difficilis dilapidati recuperatio impellunt, ut tam fructus, quam ipsa bona hypothecæ supposita, cautione reiecta, pænès tertium sequestrentur. * Partes, ubi de possessione certantes ad arma prorumperent, si inter eas capitalis inimicitia, quæ ex maioris partis bonorum lite suboritur, conualesceret, Iudex ad sequestrationem celeriter, etiam seclusa causæ cognitione, procedet. * Verus bonorum dominus, qui pro illis recuperandis prædecessorem lite pulsavit, legitimus efficitur contradictor ad impediendum eius hæredibus in illis bonis immisionem. * Præambulum obtentum pendente lite olim agitata cum decessore, iuris ministerium in possessione non operatur.



POSSESSORII

P A R S P R I M A .

*Ex perspicuis iudicijs arguitur iniquitas inuasoris ,
cap. Pastoralis in fin. de causa propriet. & possess.*

1 **L**itigantium cōtrouer-
sias legitimis senten-
tijs definitas perpetuo decet stabilitatis
Iure firmari ; ne longa quæstio nō tam augeat patrimonia quam euertat ; & quod fit ambitu lucri, causa videatur esse dispendij. Rationabiliter ergō inter procellas humanas hic portus instructus est, qui si feruida voluntate deseritur, in vndosis iurgijs fluctuatur.

2 Sed ò nostrorum calamitas temporum ! Non tam hodie vincendum, quā rediuuiis litibus aduersarij quæritur detrimentum, ideōque explanatum à legibus, atq; decisionibus terminatum, quamuis sententia id pateat euidenti, temerè cernimus in dubium reuocari. *Nulla iuris san-ctio* (conqueritur Summus Pontifex) *quantumcumq; perpenso digesta cōsilio ad humana natura varietatē, & machinationes eius inopinabiles sufficit, nec decisionem lucidam sua nodose ambiguitatis attingit, in proem. Clemen-
tin.* Verè Seneca, *Maiores nostri quæstisunt : nos querimus : posteri nostri querentur; euersos esse mores, regnare nequitiam : in deterius res humanas, & in omne nefas labi. lib. 1. de benef. cap. 10.* Deplorat quoq; *Ex ECCLESIAE PATRIBVS* Cyprianus *epist. 1. v. Inter leges delinquitur* Ambros. *lib. 3. de Virginib. v. in foro fraus atq; perfidia* Cassiodor. *in psalm. 73.* Sidonius Apollinaris *5. epist. 7.* Bernard. *1. de Cōsider. ad Eugenium Papam v. disertū*

3

4

5

aduersus iustitiam Petrus Blefsensis *epist. 6. v. Iura confundere, dilaciones innectere* Innocentius III. *de vilitate conditionis humana. lib. 2. c. 4. de Acceptione personarum, & c. 5. de Vendit. Iustitia mihi fol. 37.* Alanus, atq; Pelagius, vterq; *De Planctu*, ille, *Natura*, iste verò, *Ecclesia.* *Ex PHILOSOPHIS* Seneca *2. de Ira c. 7. v. quā turpes lites, & v. 8. v. Rumpere legem* Plinius *2. epist. 3. v. verisq; litibus terimur.* Maiolus *Dier. Canic. colloq. fortune ludibria v. Qui litibus pascuntur.* Edo Nehusius *in Teatro ingenij humani lib. 1. c. 9. f. m. 201.* *Ex HISTORICIS* Dionis. *Halicarn. 2. antiq. Ammian. Marcellin. lib. 30. rerum gestar. v. in professione turbulenta clarescunt, & v. nodosis quæstionibus iudicia circūscribunt,* Petrus *Ærodius lib. 1. rerum antiq. iudear. tit. de Iustit. & iure cap. 40. laxiori calamo Io: Barclaius Argem. lib. 3. m. f. 323. & seq. v. noxia caliditate corrumpunt,* Homobonus *de Statibus vite humanæ p. 2. cap. 5. nu. 9. f. m. 44.* *Ex POLITICIS* Tacitus *2. Annal. v. corrupta Iudicia, & lib. 11. Tholosan. de Repub. lib. 2. c. 6. n. 14. v. sugunt litigantium facultates.* Turturatus *de Nobilit. Gentilitia lib. 2. c. 10. f. m. 111.* Forstnerus *in notis ad Tacitum lib. 2. annual. v. Ambitum fori f. m. 184.* Perottus *de Constantia c. 20. & 21. Io: Cokier in Thesaurō politic. aphorism. lib. 2. c. 4. v. sed & minuendis litibus* Melchior Iunius *politic. qq. p. 3. q. 80. de Iudicijs & q. 86. de legibus m. f. 2. & 44. Lypsius 2. politic. c. 11.*

Ven-

Ventur. de Valent. *Parthen. litigios.*
in princip. Florentius Schoonhouius
Emblem. moralia Ciuilia Embl. 34. In
malos causidicos f. m. 105 & Embl. 68.

9 *In corruptos Iudices fol. 201. Ex POE-*
TIS Iuuenal. satyr. 6. v. Astra recessa
& satyr. 7. v. Quid causidicis Ciuilia
praesent? Seneca Tragicus in Aga-
men. v. Perire mores! Ouid. 1. Meta-
morph. v. Victa iaces pietas. Martialis
lib. 7. Epigram. ad Gargilium. v. viginti
litigat annis Sanazar. Epigram. ad Fe-

10 *dericum v. Litibus abstinui. Ex ME-*
DICIS Alexandrinus dialog. 3. de
Medicina, & Medico, alios congerit
Canonher. in Aphorif. Hippoc. medicè
politice moraliter, & theologicè expla-
natos vol. 1. in prologom. m. f. 160. Ex

11 *IRRECONSVLTIS Hippokitus de*
fideiuss. in fine Anton. Faber in C. lib.
9. tit. 23. v. intra sextum tempus desin.
 1. Annæus Robertus 2. *rerum Judi-*
cat. c. 16. lo: Petrus de Ala 1020 lib. de
Advocat. et Causid. Christian. 10: Kop-
pen. decif. German. 14. n. 3. Hering. de
fideiuss. c. 1. nu. 25. & c. 19. nu. 70. Her-
man. Vultei. caus. Marpurg. 35. nu.
 125 Calpar Clock *de Erario lib. 2. c.*
 123 nu. 1. & *saqq. Martin. Magerus à*
Sconberg. in tract. de Advocat. tit. 1.
 c. 1. nu. 74. ex nostratibus Regens de
 Ponte *decif. 34. in fin. Francisc. de Pe-*
tris festin. lect. lib. 2. c. 9. Regens Mer-
 linus 2. *controu. cap. 37. neruostus r.*
 52. *Consiliarius Staibanus 2. resol.*
forens. c. 156. Sed utinam iudicio su-
 perarus, & subiusta examinatione
 conuictus impensas, quas immeritò
 lite pullatus sustinuit, semper exol-
 ueret! *Hoc enim remedio fiet, ut in*
mala causa nullam litigare delectet.
 Theodoric. apud *Calliod. in Basilicis*
 n. 11. *Quia, hinc dantur fomenta dete-*
stabilis iurgij, cum improbi vincuntur
illasi, nec debet calumniaribus pud-
ris damnum, si enascerint dispendia fa-
culcarum. Athalaricus apud eundem
 9. *var. epist. 18.*

Ablegetur ergò artificiosa subti-
 litas: *Nefas sit litem alienam consar-*
gere ex litis prima materia (l. 3. C. de
fract. & litium expens.) Ne inde iniu-
riarum nascatur occasio, unde iura na-
scuntur (l. 6. C. unde vi) & Repetita li-
te finis negotij alterius causa fiat exor-
dium (l. si quis 21. in fin. C. de rebus
cred.) Cum indecens omninò pro-
 betur definita conuellere, vbi nil ad-
 di, vel subtrahi, nil potest corrigi vel
 mutari.

Hinc cum in proposita facti specie
 respondiſsem, enodandos hos
 Iuris nodos aliás pro cliente medul-
 litus enodatos, vt mirari potiùs quã
 rimari superfit; decreueram parcere
 calamo, ne rem in claris terminis
 perstringendo, videar, *sub Sole cla-*
rissimo mortale lumen inferre, Quin-
sib; orator. Instit. Sole enim collucente
 (est dogma Pythagoræ) ignem non
 deferendum, & apud *I. C. Rei demon-*
stratio frustra adijcitur altera demon-
stratio l. 1. in fin. ff. de doto prelegata.
 Verum quia pars aduersaria cona-
 tur omnia tenebris opinionum in-
 uoluere, me coegit, *Supernacis im-*
pendijs Solem FACIBVS adinuare,
caus. si omnia. 6. q. 1. Sub auspicijs et-
 gò Seruatoris nostri *IESV* complu-
 ra, quæ ad illuminandam veritatem
 in lucem emergunt, lucem lucifera
 dendo, proferam in apertum; vt
 mei Clientis iura pleniori claritate
 appareant in legibus potiora.

Rationabiliter ergò latum per
 Curiam sequestri decretum pro N.
 donatario (vt prius de possessorio
 differamus, Cæsare sic rescribente in
 l. incerti C. de interdicitis l. ordinarij, &
 vtrobiq; scribentes C. de rei vendic.
 Menoch. *cons. 722. & lib. 2. de arbitr.*
cas. 371. num. 7. & 8. Alfano collect.
 1102. *Vultei. in opere posthumo de*
iudicijs lib. 1. cap. 2. num. 36. mihi fol.
 22. *Regens Rouitus in prag. 9. nu. 11,*

14 *de feudis* Consil. Staiban. 1. *resol. cap.* 27. n. 9.) Nempe quod bona eidem, suisq; filiis nascituris matrimonij contéplatione á patruo suo donata, penès tertium sequestrentur, vti æquitati subnixum, licet eorum iuribus dissentaneum, substinemus pro bono pacis inuiolabiliter obseruandum.

At si pars aduersa (quæ ea bona quadam temeritate peruaserat) aliter arbitretur; prætextu quod non causa cognita iudex ad sequestrationem processerat, subiūgimus, hac iam satis illuminata ex actis, quousq; donatarij iura definitiua sententia decernantur, sequestrum denuò confirmandum.

Quod si præfata modò nõ acquiesceret, in eius duritiem donatarium in donatorum possessione (quæ magis est apud ipsum) manutenendum. Ut autem hæc tria methodicè percurramus, quod nobis obijcitur primum in medium deducatur; mōnente enim Summo Pontifice, *Veritas exagitata magis splendescit in luce, can. graue 35. q. 9.*

15
16 Proponitur ex aduerso. Cum venerandæ leges veterint bona in litigio posita sequestrari de facto, id quoq; hic decuit obseruari. *Quoties ex aliquo contractu pecunia postulat sequestrationis necessitas conquiescat, oportet enim debitorem primò cōvinci, & sic deinde ad saluationem pulsari, statuit Cæsar in l. unica. C. de prohib. sequestr. pecun.* qui licet verba faciat de pecunia, in omni alia re sequestrada procedere, ex pluribus patefecit Borrell. *in summa decis. parte 2. tit. 37. de sequestro. num. 87.* firman Roman, *conf. 488.* Decius *conf. 366. ante n. 13.* Natta *conf. 584. n. 2. vol. 3.* Roland. *conf. 80. num. 22. vol. 1.* Berous *conf. 51. num. 9.* Guido Pancirol. *conf. 149. n. 18.* Laderch. *conf. 161. n.*

1. Maynard. *decis. Tholosan. 5. n. 1. lib. 4.* Franciscus Marcus *decis. 38. n. 2. vol. 1.* Marcus Mantua *locorū cōmun. lib. 3. c. 43.* Valenzuol. *conf. 3. n. 168.* Corasius *lib. 3. miscellan. cap. 2. num. 6.* Carrocus *de sequestr. par. 2. in princip. Veseimb. conf. 47. num. 31. vol. 1.* Gratianus 1. *forens. cap. 114. num. 17.* Borrell. *loco laud. num. 14.* Coccino *decis. 311. num. 3.* Sicardus *in d. l. unica.* Io: Geddæus *de sequestro c. 1. par. 3. num. 83.* Cancer. 2. *variar. tit. de sequestro in princip.* Præsul Maranta 1. *responf. 32. n. 27.* Castill. *decis. 247. n. 1. & 6.* Riccius *collect. 2575.* Nouar. *tom. 1. de grauaminibus vassallorum grauarum. 354.* Machell. *parocin. 38.* Thorus *par. 1. 2. & 3. Compend. ver. sequestrum* Paulus Staibanus 1. *resol. cap. 12. num. 20.* Regens Capyc. *Latro tom. 1. consult. 63. num. 75. & decis. 197. num. 1. lib. 2. nouissimè Helfricus Vlricus Hunnius Encyclopædia Juris par. 3. tit. 12. cap. 1. n. 8. mibi fol. 383.* Cum enim sequestrum dicatur remedium desperatum, Postius *de manutem. obseru. 75. n. 17.* vti odiosum est restringendū, Anton. Faber *in C. tit. de prohib. sequestrat. pecunie de fin. 1.* Mantua *Dialog. Hiserolog. class. 1. cap. 6. n. 2.* Practicus Papiens. *in form. sequestr.* Immo quia illud causæ cognitionē requirit. *l. 5. §. fin. ff. de positi* Gabriel. *cōmun. conclus. tit. de citatione n. 275.* Seraphin. *decis. 723.* ex alijs Borrell. *ibidem n. 22.* Postius 1. *resol. Civil. cap. 1. n. 5. & seqq.* His consequens, si absq; illa (vt in præsentī) processerit, non potest dici perfectum, nec suis numeris absolutum. *Non tantum Iuris ratio, quam ipsa æquitas persuadet, ut probationes secum afferat, debitoremq; conuincat pecuniam petiturus, subiungit text. in d. l. unica, cōsonat alter in l. negātes. C. de oblig. & action.* Hinc Theodoricus rescripsit. *Qualicumq; cuiuslibet rei possessorē cōueniri*

ueniri iudiciali auctoritate decorum-
mas, & expectari semper iusta cogni-
tionis eius; quod si quis qualemcumq;
possessorem possessione deiecerit, amif-
sionem pro tãsa præsensione, vel bona
litis incurrat, apud Cassiod. in edictis.
cap. 10. mihi fol. 656. probant Gam-
ma decis. 331. Giurba alios laudans
decis. 25. n. 3. Non enim esset popu-
lis consulere, sed nocere, non præ-
stare regimen, sed augere discrimen,
si in litis incipientis exordio liceret
decernere pro sequestro, Colerus
de processu executin. par. 1. c. 2. nu. 102.
fol. mihi 26. Milanens. decis. 12. lib. 1.
prolixius Muta decis. 92. n. 3. Regens
Valenzuol. conf. 43. n. 168. Antonius
Faber in C. lib. 4. tit. 3. de fin. 6. nu. 1. &
4. Berlichius pract. conclus. tit. de se-
questro toto cap. 73. Regens Capyc.
Galeota 1. controu. Illustrium c. 24. n.
50. Consiliar. Pratus 1. dispus. forens.
c. 42. n. 1. & lib. 2. c. 42. nu. 14. Capyc.
Latro, & Staiban. locis adductis. Me-
ritò illud uti naturali æquitati con-
trarium, ciuili dignoscitur constitu-
tione prohibitum, DD. in d. l. unica.

Eò impensius (subdebatur) quia
pars uti vniuersalis hæres Patru
donatoris in bonorum possessione,
virtute præambuli reperitur, quo
casu Nec Imperiale responsum, nec in-
terlocutio cognitoris innouare posses-
sionis statum, eo qui rem tenet absente,
permittit, quia negotiorum merita par-
tium assertione panduntur, statuit Im-
perator in l. nec Imperiale C. si per vim,
& metum, & in l. fin. C. de rei vendic.
inculcatur à Summo Pontifice in c. 1.
ut lite pendente, & c. 2. de sequestras.
possess. tradunt Bald. conf. 445. lib. 1.
Franc. Marcus. decis. 405. num. 18.
lib. 2. Boerius decis. 334. col. 1. Ca-
pyc. decis. 96. n. 11. Nouar. d. granam
354. n. 5. Farinac. decis. posthum. 511.
n. 2. & decis. ciuil. 35. n. 2. som. 2. Gra-
tian. 5. forens. cap. 850. n. 18. & 853. n.

12. Muscarell. in pract. appellat. par.
1. glos. 1. nu. 97. omninò Afinius de
execusio. c. 121. Regens Capyc. La-
tro d. consult. 63. num. 73. relatis alijs
Hunnius d. sis. 12. de sequestro nu. 21.
Staibanus d. cap. 12. n. 23. lib. 1. ex in-
numeris Postius d. obseru. 75. nu. 16.
Hinc Iudex cernens quod pars al-
tera possidet, altera verò possiden-
tem perturbat, mandatis penalibus,
alijsque remedijs competentibus &
vta inhibebit fieri, & possessorem
decernet in sua possessione manute-
neri, l. 1. & toto tit. ut possidetis l. 3. S.
uisi ff. de Carboniano edicto Bald. in
l. ordinarij in fin. C. de rei vendic. at. Be-
rous conf. 46. n. 6. vol. 3. latè Afinius
d. c. 121 & c. 124. n. 2. Gaill. 1. obseru.
5. n. 5. Capyc. Latro d. consult. 63. nu.
71. Postius memorat. obseru. 75. n. 18.
obseru. 73. nu. 1. & ex pluribus obseru.
1. n. 38.

Regulariter enim vacua, & non
occupata possessio sequestratur, Fa-
rinac. decis. Ciuil. 185. n. 1. som. 2. Ve-
sembec. d. conf. 41. n. 20. lib. 1. Andre-
as Cludius de sequestro c. 5. n. 5. My-
finger. censur. 5. obseru. 35. Colerus
de processu execut. lib. 1. c. 2. nu. 137.
Hunnius vbi supra nu. 8. Thorus par.
3. v. sequestrum bonorum possessorum ab
aliquo, circa fin. & tunc propriè est
locus sequestro, vbi partibus de pos-
sessione certantibus, earum neutra
possideat Coccin. decis. 492. Guid.
Papa decis. 178. Postius d. obseru. 75.
n. 1. & 31. Riccius collect. 1507. vers.
animaduertendum. Aliter esset per-
durum, possessorem de sua possessio-
ne decedere, & maximè videretur
iniuriosum illum pèdente lite expel-
lere per sequestrum, Christophorus
Paz de tenuta cap. 10. num. 6. Practi-
cus Papien. in forma sequestri glos. sa-
piens nu. 3. Ioseph. Ludouicus decis.
Perusin. 20. num. 6. Valascus consult.
191. num. 39. Hercules Marefcot. 1.

var.

21

22

23

20

var. cap. 11. n. 22. Burat. *decis.* 904. n. 5. Postius *d. obseru.* 75. nu. 18. & 21. Regens Merlinus 1. *comron. cap.* 24. nu. 4. quare Iudex hoc faciens vim maximam diceretur inferre, qui subiectos tenetur potius paterna propensione consulere, *l. vim facit ff. de vi, & vi armata, & conquarente. de restit. spoliat. c. secundum Apostolum. de prebendis can. predicator 16. q. 1. can. clemens 8. q. 1.* Eleganter Antonius Faber. *Semper caure debet Iudex, ut certum possessorem constituat, ne alioqui si rem sequestrari iubet, iniuriã ei faciat, qui in sua possessione retineri debuit, iustãq; appellandi causam ei prebeat. in C. lib. 8. tit. 3. de fin. 20. Vnde vi,*
 25 Donatario tamen autoritate iudiciali prospicitur vinculo cautionis, hoc est præuio libello, vel petere fieri bonorum descriptionem, *No. uar. d. grauam. 354. num. 6. ubi restatur de praxi, & exindè cautionem de illis pendente lite non minuendis, ex latè traditis à Vesembec. d. conf. 41. num. 35. lib. 1. Staiban. d. c. 12. nu. 24. vel instare ut præceptum de non alienando legitimo possessori fiat, quod inhibitionem appellant relatis pluribus Matthæus Colerus de process. executiu. par. 1. c. 2. nu. 176. fol. 37. Corasius lib. 3. miscellan. iuris cap. 2. n. 8. fol. mihi 199. Capyc. Latro d. *decis.* 197. n. 23. & 28. Cumq; in facto nullum dictorum præcesserit; his finitimum dicebatur, iniustum fuisse sequestri decretum, ideòque ad irritum retractandum. Ifernicus in *Cõstit. Regni Circa violentiarum nu. 80.* Ruinus *conf.* 17. n. 5. lib. 5. Muta *decis.* 24. num. 1. 2. quod enim de facto processit, lex de facto retractari permittit, Seraphin. Milanens. Osalcus, & alij apud Capic. Latro *d. decis.* 197. n. 8. Staiban. *d. c.* 12. num. 20. Tappia *decis.* 23. n. 28. & 31. Postius *d. obseru.* 75. n. 14.*

Nos autè prospicientes quod donatario pleniore subuenitur veritatis lumine, contrarium promulgauimus, nempe cõsulè per Curiã ordinatam (ex æquitate potius, quam rigore, sicuti demonstrabimus) quod, *citra præiudicium iuriũ partium*, res donata idoneo sequestro collocaretur. Ut autem id plenius agnoscamus, præmittendum est nobis, sequestrum esse iudicij preparatorium; sæpe enim porrecto libello ex causis subõitur de sequestratione dispensio; Colerus *d. tract. par. 1. c. 2. n. 78. & 96.* Herman. Vulteijs *lib. 2. Iuris prudentia Romanæ: 30. & lib. 2. de Iudicij c. 9. fol. mihi 518.* ideòq; Iudex, etiam ex officio, in Iudicij limine potest decernere, ut impellente causa legitima, sequestrètur bona: Hoc enim prudentum responsa: hoc Senatus consulta: hoc Principum madata definiunt apud Borgnin. *decis.* 3. n. 2. & 42. lib. 1. Duenas *de regulis Iuris v. sequestrum* Ioseph Ludouicus *decis. Lucens.* 51. num. 8. Gratian. *1. forens. c. 114. n. 9.* Magon. *decis. Florent.* 31. n. 14. Lancellor, *de Attentatis in præfat. cap. 4. num. 243.* Carrocius *de deposito par. 3. quæst. 37.* decisum testantur in S. R. C. Thorus *d. v. sequestrum bonorum possessorum*, Regens Capyc. Latro *lib. 2. consult. 78. nu. 56. & 57.* Ex quo Antonius Faber in hæc verba subscripsit. *Et si non soleat Senatus incipere à sequestratione, vel ab alia executione, sed ante omnia iubere ut aduersarius in Ius euocetur. Interdum tamen euenit, ut evidentissima æquitate id suadente, aliud obseruari oporteat, nè aliquò summum Ius summa sit iniuria. in C. tit. de prohib. sequestratione pecunia de fin. 6.* Ed fortius in præsentī, dum ex publico documento donationis in actis exhibitō (cuius validitatem vberius PETITORIVM demonstrabit ex recēditis à Gy-

26

27

28

29 à Gypſio ad Regentē Capyc. *Latro obſeru.* 101. n. 7.) de anteriori, ac poſteriori claruit credito, *Bart. in l. litibus nu.* 13. *C. de agricol. & cenſuris lib.* 11. *Alex. conſ.* 163. n. 2. *Colerus d. tract. part.* 3. c. 1. n. 28. & 31. *Camillus Medices conſ.* 28. nu. 12. *Carrocius de ſequeſtro part.* 3. q. 2. nu. 1. *Polidorus Ripa obſeru.* 55. num. 2. *Gratian.* 3. *forenſ. c.* 483. n. 1. *Milanenſ. d. decif.* 12. n. 29. *Borrell. alios laudans d. tit. de ſequeſtr. n.* 31. *latè Muta d. decif.* 92. num. 13. *Thorus part.* 3. *Compend. v. ſequeſtrum fieri an poſſit Cancer. d. tit. de ſequeſtro n.* 5. *Riccicus collect.* 2575. *Regens Capyc. Latro d. decif.* 197. n. 5. 26. & 27. *Staib. d. cap.* 12. nu. 18.

30 Immo nõ ſemper necesse eſt. per publicum Inſtrumentum patere de credito, cū ſufficiat ſummariè quoq; modo, *Guido Papa decif.* 246. ex aliis *Muta d. decif.* 92. n. 13. *in fin. Grat. ſapedito cap.* 214. nu. 10. 11. *Capyc. Latro ſuprad. decif.* 197. num. 25. Vel ſemiplenè apparere de illo, *Imol. & Aretin. in l. Imperatores S. fin. ff. de ap. pell.* *Alex. & lalon in l. ſi fideiſſor S. ſatisdatum ff. qui ſatisdare cogantur Abb. in c. dilectus de ſequeſtr. poſſeſſ. Curtius de ſequeſtro cap.* 2. num. 50. *Muta ibidem Regens Latro d. decif.* 197. num. 4. *Accedit impenſus, quia ſi pendente lite pars aduerſaria poſſeſſionis cõmodo frueretur, omninò veniret donatarius illudendus, (vt pote proprietate carès, & fructibus) fieret. n. cauſa immortalis, vitæq; illius metam excederet, ob privilegia, ac reſtitutiones in integrũ, quæ parti aduerſæ, vt à iure privilegiatæ competerent, vt in ſimili conſiderat Staibanus 1. *reſol. cap.* 41. num. 4.*

donata ſint quinquaginta vaccæ, quæ de facili diſſipantur; pariter fructus ſtabilium donatorum, qui ſimiliter diſperguntur; ſequeſtrum non infirmari, ſed debet potius confirmari. *Gaillus Myſing. & Practicus Papienſis locis adductis. Iacobus Cuiac. lib.* 5. *ſentent. Pauli c. ult. Io: Coraſ. lib.* 3. *miſcell. Iuris c.* 2. n. 17. *Nouar. d. granam.* 354. n. 7. *Borrellus poſt alios d. tit. de ſequeſtr. nu.* 27. *Gratian. decif.* 63. n. 2. *Vilcont. in Concluſ. Iuris v. ſequeſtrum Polidorus Ripa obſeru.* 163. *Carrocius de ſequeſtro par.* 1. q. 2. *Latrea decif. Granat.* 3. nu. 21. & 58. nu. 5. *Hieronimus de Leo decif. Valen.* 5. num. 5. *Regens Latro nuper laudatus nu.* 2. *Gratian. d. cap.* 853. num. 13. *lib.* 5. *decifum in S. R. C. teſtantur Thorus part.* 3. *comp. v. ſequeſtrum bonorum poſſeſſorum, & Staiban. d. cap.* 41. *in fin. firmat quoq; Colerus de proces. execut. part.* 1. c. 2. *in addit. lit. T. ibi, Niſi ſubſiſt dilapidationis, vel vaſtationis ſuſpicio, tunc fructus, & res ipſa, non modo in ſecunda, verum etiam in prima inſtantia, non habita poſſeſſionis ratione ſequeſtrantur in Camera. Qui fructus dilapidari dicuntur, & ſi per poſſeſſorem in uſum proprium conuertantur, Bald. in c. 1. *col. 1. quo tempore miles Angel. in d. l. Imperatores S. fin. omninò Natta conſ.* 584. num. 2. & ſeqq. *vol.* 3. *Io. Koppen. de fructibus. lib.* 2. *tit.* 4. *verſ. Caſtrum quod ſupra diximus, Verral. decif.* 92. num. 2. *par.* 2. *alios dat Borrel. quo ſupra nu.* 28. & *Gratian. d. cap.* 114. num. 1. & 2. *Praeſertim in facto, ex quo ne dum illuxit dilapidationis vrgens ſuſpicio, ſed difficilis dilapidari recuperatio, Puteus decif.* 150. num. 3. *lib.* 1. & 249. num. 3. *lib.* 3. *Gratian. proximè indicatus num.* 6. *Staib. laudato cap.* 41. n. 5. *ex alijs Heringius de fideiſſorib. c.* 15. num. 29. & ſi inditinctè,*

32 Quod intercedat in facti ſpecie (vt per ſingula decurramus) legitima ſequeſtrandi cauſa, duplici patet inſpectione. Prima, cū inter cætera

B tecluſa

seclusa dilapidandi suspitione, fieri
 hæc sequestra, ex obseruãtia firmet
 Alexander Raudensis celeberrimus
 34 Iurè Consultus (ita enim hic author
 gloriosè iactitat de se ipso *decis. Pi-
 san. 1. n. 109. id ægrè ferente collega
 Marta nos. 93. num. 25. & irridente
 Fontanell. de pactis claus. 6. glos. 2.
 parte 7. n. 29.*) qui *cons. 14.* à præfata
 consuetudine non recedendum su-
 biungit, prius id voluit Iacobus de
 Arena *de sequestro n. 8. som. 3. tracta-
 tum diuers.* vbi semper fieri seque-
 strationes recensuit, non inspecto
 an adsit dilapidationis præsumptio,
 aut collitigans personali, vel rea-
 li actione pulsetur, testantur quoq;
 Colerus *de process. execut. par. 1. c. 2. n.
 132. mihif. 31.* Capyc. *Latro d. decis.
 197. n. 32.* Gypsius *obseruat. 5. ad de-
 cisiones prædicti Regentis n. 10.* (quid
 quid aliter opinetur Borrellus *d. tit.
 de sequestro nu. 27.*) Iuuat repetere,
 quæ Petrus Vanderanus benè no-
 tando egregia ratione decurrit, *Oprimo
 sanè consilio* (inquit) *de eo quod
 in fraudem creditorum gestum est, re-
 sciendendum proposuit Prætor; quid sanè
 non facient ij, quibus iam bonis ce-
 35 dendum est, ut creditores frustentur?
 & amicis se beneuolos præbeant, & in
 aliquo si possent gratulentur? si cerè ut
 cum penè extrema sint sortis, & despe-
 ratæ iam fortune, ut paruo nummo
 amicis, quam iusto pretio creditoribus
 addicere malint, hac scilicet persuasio-
 ne, quod æquo momento se liberandos
 putent, de privileg. credit. cap. 11. mibi
 fol. 227.* Aliter (quia semper præ-
 36 sumptio stat contra possessorem
 quod litiget causa differendi iudi-
 cium, ut interim capiat fructus, si-
 cuti testantur de praxi post Abb. Io:
 Andrea, cæterosq; vetustiores. Præ-
 les de Franchis *decis. 204. in fine* Re-
 gens Sanfelicius *decis. 211.* Thorus
in supplemento v. sequestrum Gypsius

d. obseru. 49. num. 4. Postius de manu-
 renendo *obseru. 75. num. 48. & 49.*) fru-
 statorium redderetur Iudicium, cum
 si de fructibus postea experiri volue-
 rit donatarius, etiam si obtinuerit
 in Iudicio, laborabit in vanum, ad-
 uersario parum, vel nihil in bonis
 habente, Gaill. *1. obseru. 142. n. 2. cum
 alijs nuper adductis.* Postius magis in
 specie *d. num. 48. & 49.* id quod maxi-
 mè exhorrent Iura, quæ actus frustra-
 torios nequaquam admittunt *l. quo-
 ties in actionibus l. obiect ff. de rebus
 dubijs.* Clarus. *Testamentum q. 99. n.
 11.* Giurba *decis. 4. num. 26.* Hartman.
 Pistor *lib. 1. q. 1. c. 22. num. 8. & 9.*
 Hermānus Vukeius *lib. 2. Iurispru-
 dentia Romana c. 30. num. 70.* Hering.
de fideiuss. c. 16. n. 25. alios dant Bar-
 bol. *in princip. Iuris v. Actus n. 37.* &
 Io: Antonius Molegnanus dilectis-
 simus socer meus *centuria 1. alterc.
 legalium alterc. 29. n. 25.* Hinc experi-
 38 timur Indies, ad instantiam partis
 habentis super re Ius, vel hypothe-
 cam, sequestrationes fieri per viam
 præcepti prohibitorij, ne tertius sol-
 uat, aut alteri distrahat; testantur
 hanc praxim Casatca. *decis. 3. num. m
 12. part. 1.* Cyriac. *1. somnon. cap. 116.
 num. 1.* Thorus *part. 3. compend. v. se-
 questrum factum ad instantiam alti-
 culus.*

Si opposita fronte obijceretur;
 dilapidationem causa cognita, sal-
 39 tim summarie (ut opus erat) non
 illuxisse, ex traditis à Gayllo *1. ob-
 seru. 147. n. 3.* de quo Andreas Clu-
 dius *de sequestro c. 5. num. 18.* Coler. *de
 tract. lib. 1. c. 2. n. 131.* Hunnius *Ency-
 clopedia d. tit. de sequestro c. 1. num. 14.*
 Illa etenim non præsumitur, nisi spe-
 cialiter deducatur, Gratian. *decis.
 63. num. 1.* Præsul Thomatus amicus
 noster charissimus *decis. Maceraton.
 12. n. 9.* Regens Capyc. *Latro d. decis.
 197. num. 20.* Non adstruendi vim ha-
 beret

beret obiectum, sed materiam destruendi. Nam cum ad aures Iudicis multorum fide digna relatio sæpius etiam repetita perduxerit, & fama iam publica per facti euidentiã diuulgata dilapidationẽ fecit quoq; notoriam; frustatorium ille censuit (quia pars totam animalium gregem vna cum fructibus stabulium donatorum funditũs dissipabat) cognitionaliter eam deducere, placito peritissimi Fabri, cum ait, *Sequestratio permittitur, etiam non citata parte, quando euidentis periculum est in mora, in C. lib. 4. tit. 3. de finit. 2.* Rescribentem enim Theodorico, *Peruisa sunt semper iniurijs facultates absentium, & quodammodo videtur occasio homines in delictum trahere, qua non potest animus perueniens de desolatione terrere,* apud Cassiod. *1. var. epist. 15.* Hinc vbi compertum est, in arduis, subitifq; negotijs nil festinatione securius, nil tarditate perniciosius. In his interdum opus non est blango consilio, ne interim dum Roma consulitur, Saguntum occupetur, ex Liuiio ait Vulpel. *de pace ij. 70. n. 2. & ne navis cum Gubernatore prius naufragiũ patiatur, quam vectores consuli possint.* subdit Sextus Cecil. Rectẽ ergo Verrius Sabinus. Senatũ increpat, *Maximam quadrato agmine, castris ubiq; positam ad Urbem tendit, vos sedendo, & consultando diẽ seritis; longa oratione opus non est, ubi res perurget, aliter illud veraciter impleteretur, Consilium post facta, imber post tempora frugum.* Vnde Demosthenes, *Rapienda sunt consilia nõ quærenda, Philip. 3.* de quo Io: Cokier. *in Thesaurò politic. aphorism. lib. 3. cap. 21. mihi f. 199.* & nos Deo dante prolixius in nostro *MPSAEO Politico. Christiano, quod ad omnium utilitatem sub prelo paramus, in Norma PRINCIPVM axiom. 23* (Præterquamquod de hac alienatione,

facta pendente lite partẽ aduersam subire pœnas legum autoritas definiuit *in l. fin. C. de litigiosis c. Ecclesia, ut lite pendente* Cancer. *2. var. tit. de rebus litigiosis nu. 14.* ex alijs Alfonso de Olea verè celeberrimus Doctor *de Cessione Iurium & act. tit. 3. q. 11. in princip.* præsertim nullitatis contractus, & amissionis crediti Regens Capyc. Galeota *1; contron. illustrum c. 2. n. 20. & 21.* Pratus *2. discept. c. 35. nu. 8.* Montan. *1. contron. toto cap. 49.* & nos exactius in *LVCVBRATIONVM IVRIDICARVM codice, quamprimum auspice Deo sub incudem reuocando, Lucubrat. 25.)*

Perpicio namq; iure statutum est (vt reuertamur ad pensum) posse ludicem in notorijs de veritate extraiudicialiter, & parte non citata se informare, Gratian. *3. forens. cap. 435. n. 2. & lib. 5. cap. 824. nu. 29.* Andreol. *1. contron. cap. 79. num. 29.* laxiori stylo Hunnius *Encyclopedia Iuris part. 2. tit. 15. de Notorio nu. 28. fol. mihi 190.* Notoria enim ab onere probandi nos releuant, Gaill. *2. obseru. 26. nu. 21.* Sigismundus Scaccia *de Iudicij lib. 2. cap. 9. num. 567.* Valquius *in præfat. illustr. contron. n. 25. & lib. 1. cap. 2. Velembec. conf. 13. nu. 62.* Corasius *lib. 4. mofcollan. Iuris cap. 20. n. 3.* Herman. Vulteius *de Iudicij lib. 3. cap. 7. tit. de probat. nu. 63. fol. mihi 570.* Hunnius *ubi supra nu. 23.* nec in eis requiritur causæ cognitio, Ioseph Ludouic. *decis. Perusa. 67. num. 20. part. 2.* Gaill. *1. obseru. 39. n. 2. & lib. 2. obseru. 44. nu. 10.* Velembec. *conf. 2. n. 95. vol. 1.* Herman. Vulteius *conf. Marpurgens. 21. num. 337. vol. 3.* Hunnius *loco citato nu. 27.* ex punctuali doctrina Salyc. *in d. l. v. nica n. 3. C. de prohibis. sequestr. pecuni. de qua Colerus d. part. 1. c. 2. n. 132.* & si non desint Abb. Bald. Balbus; cæteri q; apud Magon. *decis. Lucens. 6. stre-*

41

40

42

43 6. strenuè defenlantes citationem, nequaquam pernecessariam in hoc sequestro, præsertim quia ex ipsa nullū releuamen parti resultat, Borrell. post alios, quos allegat in *summa decis. lib. 1. tit. de citat. num. 115*. Gratian. 2. *forens. cap. 339. num. 25*. magistraliter Hyppolitus de Marsilijs *singul. 30*. què latè exornat Regens Marinis 1. *quotid. cap. 45. num. 7. & seq.* Pariter quia petens sequestrum, vt est ipsemet donatarius, iuridicè possidet (vt dicemus) punctualiter Frācisus Tondutus *lib. 2. resolut. Civil. cap. 172. n. 9*.

Nec valeret asserere, donata stabilia cum non sic de facili dilapidationi probentur obnoxia, fuisse per Curiam perperam sequestrata, Verall. *decis. 118. n. 9. par. 3.* & si possessor non esset soluendo, Ancar. Regens *famil. 99. quæst. 47. num. 11*. Caualcā. *decis. 23. num. 33*. Hoc enim in casu consulitur petenti sequestrū vel inhibitionem petere, vel mandatum, ex eis quæ ante iam diximus cum Regente Capyc. Latro *d. decis. 197. num. 28*. Quoniam replicatur hoc militare, vbi bona non essēt hypothecæ supposita, secus (vt in præsentī) dum prospiciuntur ne dū donatario obligata, imò eidem donatione largita, tunc dubio procul

44 *Ea communi sequestrari in eum diem, in quo constroneris sopiasur, vt verbis vramur Cæsaris in l. si quando. C. de ordine cognit.* firmant Caualcā. *d. decis. 23. n. 14*. Grouæus ad Gaylum 1. *obseru. 147. n. 3*. attingit nonnulla. Cancr. 2. *var. tit. de sequestro no. 22*. optimè Regens Latro *d. decis. 197. n. 9*. vbi non inconcinne subiunxit; quod licet medicina sequestri sit cautio, qua in casu succumbentiæ videtur parti consulum, si tamen bona in iudicium deducta creditoribus essent hypothecata, & seque-

stratio fieret, vt euitentur scandala; vel ob aliam causam (vt in facto) nec satisfactio, nec iuratoria cautio, quin valerent sequestrum radicis profligare, sufficerēt, ex Gaillo Caualcā. Balbo Riccio, cæterisq; adductis *n. 32. Coras. lib. 3. miscell. c. 2. num. 19.* (& si aliter sensiat Staibanus 1. *resol. cap. 12. num. 24.*) Idquè rei non tenue argumentum est, quadoquidè cautionis fragilitati quispiam non adstringitur se committere, quia *expedit magis rem suam saluam fore, quam tabulas cautionum habere*, ad text. in *l. suspectus ff. de suspectis tutor. l. si pupilli ff. quod falso tutor. auctor. gestum est. l. cogi §. si pater ibi, sub incerto cautionis ff. ad S. C. Trebell. l. qui ita institutus §. 1. ibi, Propter fragilitatem cautionis ff. eodem, rationem attulit Cæsar, cum ait *Satisfactio propositum maleuolum non mutat, sed diutius grassandi in re familiari facultatem præstat, in §. fin. Instit. de suspect. tutor.* quod decerpsit ex celebri Callistrati responso in *l. quia satisfactio 6. ff. de suspect. tutorib.* probant quoq; *Glos. in cap. Venerabili v. suspectus de officio delegati, Tiraquell. de retract. lignagier §. 1. glos. 18. num. 33. Io. Geddæus de sequestr. possess. & fructuum cap. 3. n. 18. & seqq. Io. Corasius lib. 3. miscell. c. 2. n. 20. Hering. de fideiussor. cap. 6. n. 186. cap. 15. num. 31. & cap. 18. n. 107. Gratianus (missis consulto plurimis) 5. forens. cap. 832. n. 18.**

Altera inspectio, qua solidatur sequestrum, est ne partes de possessione certantes, deuenissent ad arma. Dum enim donatarius ex clausula constituti, & vti donatorum proprietarius, pars aduersa, vti donantis hæres, virtute præambuli, & sic vterq; se possidere firmabat, nisi firmissimum robur sequestratio torpiatur, discrimen posset irretractabile

bile

48

49

bile laboriri (Ad quod ablegandū qui præest totis viribus tenetur inuigilare, cum congruat illi, ut patet, & quæta prouincia sis, quam regis, ad tex. in l. congruis ff. de officio Præsidis l. illicitas. S. ne potentiores ff. eodem, latè Caball. apud Regentem Sanelic. decis. 147. nu. 1. par. 1. & nos neruotius in nostro MVSAEO part. 1. in norma PRINCIPVM axiom. 12.) Exacti enim consideratio temporis, & considerata illius discrimina manifestant, ex altercatione possessionis odiorum pullulare causas: euenire criminou pugnæ: fraternas acies instrui: amicitiarum fœdera dissipari; & dum alter querit ut primus inuadat, alter cogitat ut immune possideat. Cum itaque nemo velit (ut assollet) facere possessionis iacturam, deuenitur ad pugnam; ermanentur serui: incitantur propinqui: & in alterius locum pectus opponitur alienum: animatur vino furor conductus, & effusus sanguis fit pretium possessionis. Aperitur postmodum legibus forum, & dum partibus dimicantibus de possessionis Iurè contenditur, amicitiarum compago dissoluitur, animorum dulce vinculum dissipatur. Ad compescendum igitur hunc excessum consultum est Iudici bona primitus sequestrari, l. æquissimum, ex illa decidendi ratione, Cur ad arma, & rixam procedere patiatur Prætor, quos potest iurisdictione sua componere? ff. de usufructu. probant post præcæ seueritatis interpretes Borrellus d. cit. de sequestro n. 32. Augustin. Barbosa in d. l. vnic. C. de prohib. seq. pecun. Sebastianus Nauius in systema systematū in d. l. vnic. Anna Senior alleg. 60. nu. 1. Muscarell. glos. sententia nu. 97. Fontanell. sic decilum referēs claus. 7. glos. 3. p. 9. n. 4. & part. 10. nu. 21. Menoch. de recup. possess. in pralud. n. 24. Antoni-

us Faber in C. lib. 1. tit. 10. defin. 9. Præses de Franchis decis. 163. nu. 6. Riccius collectan. 1480. Cyriacus 1. conuon. cap. 12. num. 54. Gaillus 1. obseru. 5. n. 2. & 10. ubi multos casus recenset, quibus licitum est Iudici à mādatis penalibus inchoare, Vesembec. conf. 48. num. 37. Mysinger. centur. 5. obseru. 35. nu. 2. Ludouic. Gilhaus. in arbore Iudic. Ciusl. c. 10. n. 9. Corasius lib. 3. miscell. c. 2. nu. 9. Andreas Cludius de sequestro c. 5. n. 9. ex innumeris Postius d. obseruat. 75. num. 1. & obseru. 1. n. 37. Hunnius Encyclopædia Iuris part. 3. tit. 12. n. 20. Thorus part. 3. compend. v. sequestrum fructuū hereditatis, Regens Sanelic. decis. 211. Nouar. d. grauam. 354. n. 9.

Sed obijci poterit. Armorum suspicionem non perfunctoriè, sed summaria debuisse cognitione probari ex, traditis à Borrello loco laud. n. 37. Posti. d. obseru. 75. nu. 7. & seqq. Etenim ubi iusta timoris, & scādali subest causa, ea est causa cognita iustificanda l. capitalium S. ad statuas ubi Barr. & DD. ff. de penis Borrell. & Postius locis narratis, ille nu. 38. iste n. 9. At obiectum in casu proposito sicui fragili fundamento nititur, ita lubrica ratione fundatur; procederet illud, ubi inter partes inimicitiarum aculeis non esset accensa contentio, nec sua nomina improbo maledicto cōuicijs lacossissent, tunc quia præsumitur discoriationem ad leges potius, quam ad arma spectare, armorū timor legitimis debet probationibus demonstrari, ex recentis à Gratiano decis. 110. nu. 11. sequitur Postius d. obseru. 75. nu. 11. secus si post concertationem diuinam (ut in factio) inimicitia capitalis cōualuisset (hæc enim semper oritur, ubi de maioris partis bonorum litigio discoratur. Farinac. de Iudicijs, & tortura q. 49. nu. 2. ex in

50

51

ex infinitis Borrell. *in summa decis. part. 2. à tit. 15. n. 308.* Cyriac. 1. *controu. cap. 106. nu. 21.* Andreol. 2. *controu. cap. 149. nu. 13.* Ciazus *discept. crimin. discept. 26. nu. 6.* Regens Merlinus 1. *controu. cap. 98. nu. 10. & 11.* Reg. Marin. 2. *quotid. cap. 211. n. 14.* Et nos extente *in nostro ZODIACO TRAGICO in simulacro Scorpij*) Tunc quia possessionis iura nō legibus, sed viribus creditur vindicanda (quod in præsentī verbales iniuriæ inuicē illatæ prænunciabant, Regens Capyc. *Latro tom. 2. consult. 101. nu. 11. & 12.*) etiam nulla adhibita causæ cognitione, fuit sequestrum ordinatū luridicè, magistraliter Hyppolitus de Marfilij post Bald. Putcum, cæterosq; *singul. 648. ibi Si periculum est in mora, ne partes veniant ad arma, Index potest facere præceptum sine alia causa cognitione,* sequuntur Carrocus *de deposito part. 1. q. 6. & decis. 19. n. 54.* Colerus *de process. execut. d. p. 1. c. 2. n. 137. & nos supra n. 33.* Quāuis enim regulariter tristes euentus nō soleāt expectari, *l. inter stipulantem S. sacram ff. de verb. obligat.* abundè Cyriacus 1. *controu. cap. 120. nu. 77. & cap. 103. num. 75.* si tamen iuxta naturam, hominisq; dispositionem, sunt contingentes, debent attendi. Ofatcus *decis. 24. nu. 8.* Gratian. 4. *forens. cap. 790. nu. 7.* Falluntur qui putant (intonuit D. Valerianus) *nil ferro fortius, nil veneno uolentius; quamuis ista in perficiendis moribus pedulari natura habeant beneficium; cédunt tamen in contentione verborum homin. 5. de oris insolentia mibi fol. 7.* Priscorum est monitum. *A conuicio ad cades transitus valde breuis est; exēplis illustrat P. Hieremias Dreselius tom. 2. tit. Orbis Phaton cap. 11. S. 2. mibi fol. 620.* Eapropter ille, cuius Sapiencia totis celebratur seculis, sic omnibus inculcavit. *Abstine*

à lite, & minues peccata, quia certamen festinatum incendit ignem, lis festinatus effundit sanguinem. Ecclesiast. *cap. 28.* à quo mutuatus Cæsar sic aptè subiunxit. *Sapè pecuniaria causa materiam criminibus creare noscuntur, in l. properandum C. de Indicijs, & in S. si vero aliquis. Auth. de rriente, & semisse, congruit textus in l. seruus 19. S. sed si aliqui ff. de action. & oblig. & probant Carauit. *tit. 10. n. 4.* Marcellus Cala *de modo articulandi. in princip. n. 6. & 7.* Lucas de Penna *in l. unic. C. ut armorum usus lib. 11. n. 9.* Viuius *decis. 57. n. 2.* Roland. *conf. 38. nu. 30. lib. 2.* Bellef. *disquis. clerical. tit. de disciplina cleric. S. 21. n. 28.* ad nauseam Marotta *disputat. forens. c. 18. n. 22. & seqq.* Hodiern. 1. *controu. cap. 49. nu. 7. & seq. & nos salubriter in nostro MVSAEO p. 1. in Norma ADFOCATORVM axiom. 16.* Hinc summa imprudentia notādi sunt illi, qui illius Theodorici Regis immemores apud Cassiodorum infra citandum, ita existimant Republicæ consulendum, vt prius prorumpatur ad arma, adhibeantur inde remedia, cum testante Ambrosio *Morbis: longè facilius declinatur, quā admissus eijcitur,* apud Andreā Eborensem *lib. 1. senen. memorab. v. Morbus mibi foli 298.* vndè Plinius, *Vbi quæ uisio: remedijs fortiora,* restatur Anzæus Robertus *lib. 1. rerum iudic. cas. cap. 7. mibi fol. 98.* Eaderè repetitis legibus admonemur. *Melius est occurrere in tempore, quā post exitum vendicare, l. 1. C. quando liceat unicuiq; sine Iudice. Melius intacta lura seruari, quā post causam vulneratam remedium quaerere.* S. Innocentius C. quibus in causis in integrum, firman Mantie. *de tacitis lib. 2. tit. 8. num. 30.* Tulcius *in præf. tom. 6. lit. P. conclus. 648.* Bellef. *disquis. cleric. part. 1. tit. de discipl. cleric. S. 5. c. 105.* Regens*

54

52

53

55

56

Tap.

57 Tappia *dec.* 23. n. 61. Præstat itaque morbo statim occurrere, quam illū depellere, *Et quod canere possis, stultū admittere est*, Terent. in *Eunuc.* quia *Excrescens morbis lasio debocari permittitur, cum medicina differatur*, Cassiod. *lib.* 3. *var. epist.* 40. Hinc Doctores asseuerarunt, timorem belli bello æquiparari, argum. text. in l. *Pulchri in princip. ff. de incendi. ruin. & mansrag.* & quod notatur in l. 1. *Si suspicio, cod. tit. Roman. cōs.* 163. *Natura cōs.* 163. *Surd. cōs.* 210. Tappia *d. decif.* 23. n. 62. optimè *Ancar. cōs.* 88. ibi *Quisquidem timor, & suspicio habetur pro tempore guerra* (subindē) *binō dicitur quod sufficit terror armorum.* optimè *Surd. decif.* 183. n. 2. ubi docuit, suspicionem cuiusdam maliuentus idem operari, ac si accidisset casus; sequitur nouissimè *Consiliat. Pratus 2 forens. cap.* 37. n. 45. Inmō ipsum belli timorem bello detefiore esse, iuxta illud *Senecæ, Timor belli peior est bello* voluit *Surd. d. decif.* 183. n. 2. *Ancar. & Tappia deis probatis, Anna genitor at. leg.* 21.

58 Itaque benè diximus (vt vnde dicitur) hoc in casu rei litigiosæ possessionem statim à Iudice sequestratam, quia secundū fere veterum codicorum, *bona fidei possessori primum oportet ceteri reformatione succurri, & tunc causam originis, & proprietatis agitari*, ad text. in *l. coloni, cum consocijs C. de agror. & rēf. lib.* 10. vt enim prænotauimus n. 33. *Interdum locus, vt remporum patitur plenius deliberandi constitutum* l. 1. *ff. de exercit. actiom.* Bā propter adstringitur omnis iudicans, etiā si iuris regulis recedendo, ad text. in l. *de pupillo S. si quis riuos ff. de noui operis nunciat.* (cum pro bono pacis possit à iustitiæ tramite quādoq; recedere, c. nisi 21. *de probend. c.* 3. in-

fin. de sent. & re iudic. in 6. Couarr. in *regul. peccatum v.* 4. Tiraquell. *de panis temper. caus.* 46. Ioseph. Ludouic. *decif. Perns.* 25. n. 12. Gaill. *de pace public. lib.* 2. c. 9. *num.* 2. Riccius in *praxi fori Eccles. parte.* 4. *resol.* 207. n. 30. Præsul Maranta *parte.* 2. *constrou. cap.* 4. *num.* 31. Giurba *decif.* 4. n. 33. Maya *lib.* 1. *obseru. iuris.* c. 14. n. 13. omninō *Gratian.* 4. *forens. cap.* 706. *num.* 21. 22. eruditè *Fraacicus de Petris lib.* 1. *fe. fin. lectian. c.* 11. *fol. mi. bi* 106. pariter vbi periculum est in mora ex sententia plurimorū apud *Heringium de fidei. c.* 15. n. 78.) nascenti malo occurrere, & scandalis imminentibus celeriter obuiare, *Gaill.* 1. *obseru.* 5. n. 2. & 8. *Fontanell. de pactis claus.* 7. *glos.* 3. *part.* 10. *num.* 22. Hinc *Theodoricus, Peccatis genus est coercere infantiam criminis, ne inuenescas augmentis*, apud *Cassiod.* 5. *var. epist.* 39. *fol. mi. bi* 191. & *D. Hieron. Omnia paruum est bastia, cū interfice*, apud *Ægidium Bellamer. cōs.* 40. *num.* 24. de quo *Hering. d. svat. c.* 25. n. 60. Præsertim quia in facto colligentes sunt arctissimo cognationis vinculo colligati, & sic videntur acerrimè inter se dilidere charissima; quid mirum si odium, quod ex hac lre laboritur, ampliorū maxime redditur implacabile? Docēt enim historię veteres, patet faciūt recentis memoris, & nos ipsi experientia cetera probauimus, nullum odium excogitari arctius, quā con-

61 sanguinedrū, testē *Tack. 2. histor.* *Vnde Euripides in Medea, Græcæ moribus consanguinea cadet*, apud *Andream Eboren. lib.* 1. *memorabili v.* *Affinitas mihi sol.* 493. nam, vt *Peripateticorū Princeps* docuit, *quorum amor summus est, horum odiū summa sunt* 7. *politic. c.* 7. Hinc proquerbit dicitur, *quod fratrum conuersiones, & ira sunt acerbissima, & qui se inimicū dili-*

diligēt, hi se nimium odio habent, adtimpulatur Bald. in l. cū oportet n. 17. C. de bonis qua liberis, & Plutarchus: Nostro tempore fratres, & cognati, nisi regionibus, fluuijs, marisq; communia bona distinguant, logoq; à se inimicem sine remoti spacio, alsercandi finem non faciunt, in vita *Emilij Paul.* Rationē adiecit Philosophus vbi supra, quia magis irritatur animus contra familiares, & amicos, quā contra ignotos, si ab illis contemptum se, aut lesum putet, de quo prolixius Christophorus Forstnerus in notis ad Tacitum lib. 2. annal. in illis verbis, *Gener inuisus, inimici Soceri: mihi fol. 80. lo: Coker in Thesuro polit. aphorism. lib. 5. c. 10. mihi fol. 256.* & Magnum Theatrum vitæ humanæ nouiter editum tom. 5. lit. O, de Odio cap. *Affinium, & cognatorum mihi fol. 52.* & ne nostros negligamus meminit Caraita rit. 46. num. 10. Thorus part. 3. Comp. v. sequestrum fructuum hereditatis. Ipsaq; odia (quia rarissimi pacis instillatores) semper præsumuntur durare, tamen si litigia terminentur *Cotta de Indicijs c. 1. num. 35. Baiard. ad Clarum S. fin. q. 21. num. 114. Elisæus Danza de pugna Doctorum lib. 3. tit. de Indicijs c. 5. num. 2.* Et per cōsequens semper in viridi animus ylciscendi, Regens Valenzuol. conf. 161. num. 6. lib. 2. Caball. in tract. de omni genere inimic. num. 115. relatis alijs Danza ad Gramat. decis. 33. nu. 11. Et quod in dubio præsumatur, quod credibile est, docent post Summum Pontificem in c. quia verisimile, de præsump. Menoch. de arbitrar. cas. 199. num. 10. & lib. 1. præsumpt. quest. 18. n. 10. Crauet. conf. 6. nu. 24. & conf. 8. num. 6. post multos Hunnius *Encyclopedia parte 2. tit. 20. de præsumpt. c. 1. n. 23.* Nam verisimile ne dum probabile, sed pro vero habetur Antonius Faber in Consult.

62

63

pro Ducatu Mōsis ferrati par. 1. fol. 12. Theodorus Reinkinck de regimine lib. 1. class. 4. cap. 19. num. 22. fol. mihi 228. immò prolege, ex alijs Gratianus 5. forens. cap. 873. nu. 13. extente cap. 878. nu. 16. ita quod secundum id iudicatur l. fin. qua res pignor. oblig. poss. Gratian. 4. forens. c. 719. n. 15.

Quod tandem opponitur, per sequestrum non potuisse partem in sua possessione præiudicari, ex adductis num. 14. potius aures demulcet, quam habeat aliquid de substantia, vt loquamur cum Paulo Castrens. in l. cum fuerit n. 1. ff. de condit. & demon. str. Quando enim ammittitur in necessaria sequestratione possessio? nõ ne tunc sequester est in possessione tantum causa custodia? Boerius decis. 175. n. 9. Farinac. decis. 162. nu. 9. Gaill. 1. obseru. 5. n. 10. Gregor. XV. decis. 9. vbi latius Beltramin. Petrus Gregorius Tolofanus lib. 23. syntag. Juris vniuersi cap. 30. num. 20. Ioan: Corafius lib. 3. miscellan. c. 2. nu. 14. Gratian. 1. forens. c. 114. n. 12. Fontanell. clausul. 7. glos. 3. parte 10. nu. 22. & parte 9. nu. 6. Postius d. obseru. 75. nu. 53. Regens Merlinus. 2. conrou. cap. 80. n. 22. Hunnius *Encyclopedia d. tit. de sequestro c. 2. num. 7. & seqq.* D. Franciscus Salgada in labyrintho creditorum parte. 1. cap. 13. num. 29. & 30. in proprijs terminis sequestrationis necessaria, & voluntaria Augustin. Barbosa in tract. de iure patronatus cap. 12. n. 234. mihi fol. 217. tom. 2. Hinc Antonius Faber ait. *Sequestratio permittitur, etiam nõ citata parte, quando euident periculum est in mora, propterea quod sequestratio, que fit per iudicem custodia causa, & vt res in tuto sit, non adimit possessionem ei, qui possidet. in C. lib. 4. tit. 3. de fin. 2.* Præsertim quia in sequestri decreto prospicitur clausula, *Citra præiudicium luriumpartiam*, de qua Fontanell. d. parte

64

65

d.p. 10. n. 22. in fin. Post. d. obs. 75. n. fin.

66. Immo, si veritatem medullitus perquiramus; præambulum, uti nulliter à parte obtentum, iustam possidendi causam ipsi non tribuit, quandoquidem illud obtentum fuit pendente lite: olim exorta inter donantem petentem, antequam facti munus impleset, ob ingratitude[m] donatarij revocare donationem, & donatarium replicantem ex causis illam nequaquam retractationi obnoxiam, ex traditis à Lancell. *de assentatis parte 2. c. 4. nu. 15.* quem refert Menoch. *cōf. 928. n. 29.* ita quod dum hac forensi contentione inter ipsos disceptabatur, decreto Curie nulla prouocatione suspensio, prouisum fuit, *Donatarium super bonis donatis, non esse molestandum de facto.* (& sic continuata præsumitur anterior possessio, dum donatarius egit, & simul obtinuit, Postius late *de manum. obseru. 57. num. 101.*) Itaq; sibi impusare poterit pars aduersa, si negligens fuerit in sua iustitia proseguenda, Summus Pontifex inculcauit in *cap. dilectio in fine, de verb. signif.* Si ergo tunc temporis donans non iuridicè possidebat, immò potius donatarius, qui saltim animo possessionem retinuit, Postius *de manum. obseru. 17. num. 16. & 18.* etiam si ad bona nunquam accesserit, Cyriac. *2. contron. cap. 25. n. 43.* Postius *ubi supra n. 20.* quo veritatis colore, pars aduersaria uti donantis hæres suã possidet possessionem velare? Nonne

67. *Vitia possessionum à maioribus contracta perdurant? Nonne successorē auctoris sui culpa comitatur? ad text. in l. vitia. C. de acquir. possess.* Nonne heredis succedentis in vitium, par habenda fortuna est? *l. 2. C. de fructibus, & litium expensis Cyriac. 1. contron. cap. 10. nu. 8. & 11. Tondurus lib. 2. resol. civilium cap. 172. num. 7.* Rectissimè

Cæsar, *Nemo ambigit, possessionis duplicè esse rationem, alia qua iure, alia qua corpore consistit, utramq; autem ita demum esse legitimam, cum omnium aduersariorum silentio, & taciturnitate firmatur.* Interpellatione verò, & controuersia progressa, non posse eum intelligi possessorem, qui licet possessionem corpore, tamen ex interposita contestatione, & causa in iudicium deducta super iure possessionis vacillet, ac dubites, *l. nemo. C. de acquir. possess.* Accessit impensius, quia donatario post dictum decretum superuenit alius nouus titulus, nempe proprietates donatorum ob donantis obitum (ut dicemus) quo casu iure illi permittitur continuatio possessionis, etiam absq; alia declaratione (posito, non admissio primū ius corruiere) Rota Romana apud Postiū *decis. 57. n. 3.*

Cum ergo bonum ius in petitorio foueat donatarius, omninò in

68. possessorio vincere debet, ita enim decernit Imperiale responsum, cum ait, *Si possessio acquiratur, qui posteriora ex legitimis modis iura ostenderit, l. fin. C. de edicto D. Adriani tollendo.* Nā secundum Iurisprudentiæ Fabrum, *Tam in beneficialibus, quam in profanis controuersijs possunt, que ad petitorij causam pertinent, deduci in iudicium, quo de sola possessione controuentur: non ut de petitorio quicquam pronuncietur, sed tantum corroborandi, & ut nostri loquuntur, confortandi possessorij gratia.* Qui enim posteriora in petitorio iura habet, is utiq; etiam in possessorio vincere debet, ceteris paribus, in *C. lib. 8. tit. 4. uti possidetis de fin. 3.* sequuntur Guid. Papa *decis. 71.* Rodericus *de annis redditib. lib. 1. c. 17. nu. 22.* Ioseph Sesse *de Inhibis. c. 5. §. 10. num. 71.* in punctis Cancerius *3. var. cap. 14. n. 54. & 87.* Confil. Staihan. *2. resol. 175. num. 64.* ubi ex Menoch. *voluit, quod sola vehemens præ-*

C sumptio

*sumptis contra detentorem facit, ne in-
terim possessorem concedatur. & lib. 1.
cap. 27. n. 23. & nos in seq. parte 2. n.
15. & seq.*

69 Non itaq; ambigendum, quin
ex illa oppugnatione tunc facta do-
nanti super validitate donationis,
statim effectus sit donatarius legiti-
mus contradictor ad impediendum
pretentio hæredi in bonis donatis
immissionem, Fontanell. *claus. 7. glos.
3. parte 3. n. 29. 34. & seq. & parte 10.
n. 46.* Argelius *de legitimo contradic-
tore q. 6. art. 1. in addis. n. 1.* Nogue-
rol. *allegat. 25. n. 206.* Cutell. *de dona-
tione cõtempl. matrim. tract. 2. disem. 1.
special. 17. n. 46.* scitè lubriliterq;
Alfonso *de Olea de cessan. Iurium n. 1
6. q. 5. n. 9. & 12.* Rota Roman. apud
Postium *decis. 59. n. 12.* Amaya *lib.
3. obseru. iuris c. 2. n. 19. mibi fol. 349.*
Franciscus Tondurus *d. cap. 172. d. 4.*
ex nostratibus Cõsiliarius Staiban.
2. *resol. exp. 111. n. 76.* Regens Mar-
cianus 2. *disput. forens. c. 56. num. 22.*
novissimè *locer meus alter. 44. num.
29. & seqq. fol. 260.* Celebrissimi Lu-
zis est, allegantè bona, de quibus te-
stator disposuit, esse talis conditio-
nis, quod non poterat ea distrahere,
effici legitimum contradictorè, Ca-
ualcan. *decis. 45. n. 5. & seqq. in addis.
parte 1.* Castillus Sotomayor 3. *quo-
tid. controu. cap. 24. n. 106.* Parinac.
decis. 207. n. 2. parte 1. Marra *de suc-
cess. legal. parte 4. q. 16. art. 2. num. 36.*
Noguerol. *d. alleg. 25. num. 106.* Ra-
tio est in promptu, quia beneficium
70 *h. fin. c. de edito B. Adriani tollendo*
solum competit super bonis, que
tempore mortis à testatore posside-
bantur, vt ex textus lecturâ percipi-
târ, in illis verbis, *ut inuenit quidem in
possessionem earum terram, quæ testato-
ris mortis tempore fuerant, & probare
post Guid. Pap. decis. 356. vers. octa-
uas casus, & ibi Beltramin. Menoch.*

de adipiscend. remed. 4. n. 55. & 58. 3.
Surdus *conf. 263. n. 7.* non super eis,
quæ per tertium possidentur, vel
alienæ sunt hypothecæ supposita,
ex sublequentibus verbis textus, *Non
autè legitimo modo ab alijs desinetur,*
Marra *loc. cit. n. 4.* Vilcont. *in con-
clus. v. Remediũ,* meminit fover meus
quo supra *in fin.* Habente igitur dona-
tario titulum à donatore, quo bona
donata poterat possidere, remedi-
um *d. h. fin.* hæredi parti aduersæ non
suffragatur, Iason Soccin. Zuccard.
Vantius cæteri q; apud Caualean.
*decis. 20. n. 26. parte 3. & in addis. ad
decis. 45. num. 10. parte 1.* Vesebec.
conf. 100. n. 20. vol. 2. Menoch. *conf.
443. num. 21. & 22.* Staiban. 2. *resol.
111. n. 76.* Nam regulariter hoc be-
neficium cessat, vbi tertius vt legiti-
mus contradictor opponit, hæredem
in possessionem non immittendum,
ex quo excluditur ab eo, qui habet
iura in legibus potiora, Caualean,
ex alijs *vbi supra.*

Cum itaq; cõtra titulo possiden-
tem non detur hæreditatis aditio, &
*regulariter ff. de petit. hæredit. h. hæredi-
tatem C. in quibus causis cessat long.
temp. prescript. Cæsar Argelius de le-
gitimo contradic. art. 5. q. 15. num. 90.*
omninò Amaya *d. num. 9.* præambu-
lum partis aduersæ, vt pendente li-
te, & sic attentatum, & vt super bo-
nis alienis obtentum, viribus non
subsistit. Quis enim in vitiosa pos-
sessione defendendus sit, vel manu-
tenendus cõtra iura perspicua *in l.
1. in fine cum duabus seqq. ff. vti pos-
sidentis? Improbata possessio* (tonat Cæ-
sar) *firmum titulum possidenti præsta-
re nõ potest, in l. improba 7. C. de acquir.
possess. & alibi, Qui fundum irrumpit
alienum retinendi iustam causam non
habet l. nec ex vera C. de acq. poss. sic
mant Natta conf. 168. num. 4. lib. 3.*
Lancellot. *de attentatis lite pendente
in pra.*

*in prefat. n. 296. Gratian. decis. 110. n. 2. Caspar Clock de Erario lib. 2. c. 5. n. 10. mibi fol. 210. Theodorus Reinkinck de regimine lib. 1. class. 3. cap. 3. n. 46. mibi fol. 112. Hinc dicimus non videri possessionem habere, qui ita nactus est eam, vt retinere non possit, Afflic. decis. 403. n. 21. Reinkinck ubi supra n. 48. Eò impensius quia donatarius vti contradictor legitimus in inuentarij confectioe (vt requirebatur) non fuit auditus, nostras Horatius Persius *conf. civil. 23. n. 10. & 11. Si ergò. præambulum nulliter est obtentum, nullū potest circa possessionem Iuris ministeriū operari, optimè post Olasum. Prætes de Franchis decis. 204. n. 26. omninò Nouar. decis. 119. n. 4. conducunt tradita per Menoch. d. conf. 928. num. 29. & seqq. post eum affluenter Postius de manuse. obseru. 48. n. 3. cum seqq. Et si illa quoq; bonorum apprehensio fuit pariter attentata, iuridicè processit Iudex ad sequestrationem bonorum, Borrell. post grauioris doctrinæ consultos d. sis. de sequestro num. 75. Gratian. d. decis. 110. n. 2. Melchior Lotter. de re beneficiaria tom. 1. lib. 2. q. 13. num. 38. Seraphin. decis. 797. n. 7. Coccin. decis. 225. n. 1. Postius de manus. d. obseru. 48. n. 12. & obseruat. 75. n. 37. & seq. Præsertim quia cautus Iudex, (is fuit Io: Antonius Molegnanus focer meus, non tam legali scientia summus, quam morum elaritate, perspicuus) qui inchoati litigij non ignarus, in decreto præambuli adiecit clausulam, *Nulla existente legitimo contradicte, qui cum existeret, præambuli titulus ad non titulum est reducendus, Menoch. d. conf. 928. n. 30. sumpto potissimum argumento à sensu cōtrario, quod in lure esse fortissimum, ex l. inter. S. cum inter focerum ff. de pactis dotalibus, & ex ali-***

js laxiori stylo retexui in meo LV. CVBRATIONVM IVRIDICARVM codice, tota lucub. 2.

Ex præmissis igitur euidenter apparet, bona donata ab aduersaria parte, prætermisso Iuris ordine, & consequenter contra Iustitiam detineri, ideoq; ritè in ordinatione sequestri (ex æquitate potius, quàm rigore, vt prænotabimus) Curiam processisse; Cum regulariter Iudex semper iustè præsumatur egisse, ad præscriptū iuris officium exequi, statèram gestasse in manibus, lances appendisse æquo libramine, sicuti post Baldum, & cæteros Surdus *decis. 170. n. 4. Cyriac. 1. controu. cap. 162. n. 23. Gratianus 1. forens. cap. 7. n. fin. & huc respexit Ambrosius, cum ait, Iudex nil ex arbitrio suo facit, sed iuxta leges, & Iura pronunciat: statutis Iuris obtemperat, non indulget propriae voluntati: nihil paratum, & modicatum domo defert: sed sicut audit, ita iudicat: & sicuti se habet negotij natura, decernit: Obsequitur legibus, non aduersatur: examinat merita cause, non magis, in psalm. 118. serm. 20. & nos abundè in nostro MVSAEO in Norma IVDICVM axiom. 3. ex quo Summus Pontifex docuit, Pro his, quæ à Iudice sunt acta, præsumitur quod omnia ritè fuerint celebrata, cap. bona si primo, de electione, & cap. sicut, de sensu & re iudicata, Et per con-*

sequens Sole claris illuciscit broccardium
supra positum,
quod Ex
perspicuis indicijs arguitur iniquitas
innuaso.
ris.

N O T A B I L I V M

E X E G E S I S.

- 1 **P**riori, & posteriori possessione suffulatus, in bonis manuteneendus.
- 2 Per clausulam Constituti transfertur ne dam civilis, sed naturalis possessio, immò dominium.
- 3 Donatarius per cõstitutum possidens, prafertur posteriori corporaliter possidensi.
- 4 Egregius Antonij Fabri locus adducitur.
- 5 Nõ minus operatur ficta, quam verã traditio.
- 6 Antonius Faber, & Gaius adducuntur loquentes.
- 7 Munius clausula constituti, si in sua possessione turbatur, uti spoliatus, potest intentare remedium recuperanda.
- 8 Pradium duobus venditum, illi adiudicatur, cui prius fuit tradita possessio.
- 9 Fallit, si in priori contractu intercederet clausula constituti.
- 10 Donans, & fictè per clausulam cõstituti tradens rem donatam, non potest postea aliter tradere, vel hypotheca supponere.
- 11 Constitutum morte constituentis extinguitur secundum aliquos.
- 12 Defenditur, hoc procedere in cõditionali contractu, non autem in puro.
- 13 Notabilis Antonij Fabri locus adducitur.
- 14 Hodierna praxis in hac materia afferitur.
- 15 Proprietarius usufructuario mortuo potest, etiam propria auctoritate, possessionem capere.
- 16 Possessio hæredis usufructuarij non est manutenebilis contra proprietarium.
- 17 Reservatio usufructus traditione possessionis, qua etas paret tradentem inducit.
- 18 Creditor ex causa lucrativa anterior, prafertur creditori posteriori ex causa onerosa.
- 19 Eo magis in possessione bonorũ.
- 20 Exceptiones requirentes altio.
- 21 rem indaginem in manutentionis Indisio nõ sic de facili admittuntur, Respondens ultima primis.
- 22 Epilogus Possessorij.
- 23 Non est recedendum ab eo, quod aliàs à supremis Tribunalibus definitum est.
- 24 Conclusio ex Summo Põtifice.

S Y N O P S I S.

Mirabiles clausulæ constituti vires, ad propositam controuersiam attinentes, per legitimos Iuris tramites deteguntur * Proprietarium, vel eius hæredem, fructuario diem functo, posse, etiam auctoritate propria, naturalem possessionem capere, suæq; Ciuili iniungere, itaut hæc vnita, & ex vtroq; cõglomerata possessio, sit vbiq; manutenebilis aduersus fructuarij successores, raptim ostenditur * Nonnulla quoq; ad materiam pertinẽtia, & à Doctoribus in dubium reuocata, uti accedant, à Iure recedant, & obseruetur in praxi, methodicè perstringuntur.

POS-

POSSESSORII

PARS ALTERA.

*Is verè dicitur possidere, cuius nomine possidetur,
cap. cum venisset. de resistit. spoliatorum.*

Hætenus ostēditur suffi-
fieri, sequenti decre-
tum nō tam legibus,
quam bonis moribus
consentaneum. Con-
sequens est, ut videamus id ipsum
donatario obesse potius quam pro-
desse (& sit ultima thesis illumina-
tur) Etenim sū possessio donatorum
magis sit pænes ipsum, tū ex clausu-
la constituti, tum vigore sepēdicti
decreti, & uti eorum proprietarium,
quam apud partem aduersam virtu-
te præbuli bulliget, ut dicebamus,
obtentis ille, uti priori, potiori q̄ pos-
sessione munitus, est omninō, seclusa
posteriori, ac turbativa partis pos-
sessione, in eisdē bonis manutenen-
dus. Hæc thesis est Rota Romana
(quam totius Orbis lumen appellat
Theaurus in præfat. decis. 33. Viui-
us in epist. ad rom. 3. & 4. decis. Sordus
conf. 403. n. 84. lib. 3. ubi restatur, Rota
decisiones semper summa detestatione
legisse, ex alijs Consiliarius Pratus
in discip. forens. cap. 5. n. 107. Rubeus
in addit. tom. 7. in præfat. n. 13.) apud
Rostiu post tract. de manus. decis. 99.
& 300. reperitur à Rostio d. tract.
de manus. tit. observ. 71. & ad stipula-
tur Franciscus Tondurus 2. resol. Ci-
vil. cap. 172. nu. 4. ibi. Cum donatarius
vigore clausula constituti fuisset ma-
nutionis per decretum in eadem causa
factum, ex præscriptis Alcia deter-
min. 2. n. 19. & 20. Consiliarius Stai-
ban. 2. resol. cap. 111. n. 77.

Scimus enim, & profunda cōfide-

ratione, perspeximus, ex dicta clau-
sula constituti statim in donatarium,
& successivè in filios procreandos
(quæc viventes) translatum fuisse
donatorū dominium, & naturalem
absq; actuali traditione possessionē,
ad vulgatos text. in l. interdum, & l.
quod meo, & utrobq; scribentes ff. de
acquir. possess. l. qui rem. c. loc. at. firmat
post repetentes Firaque de iure consti-
tuti parte 1. n. 2. & parte 2. ampliat. 1.
Maccatani. var. resol. cap. 11. nu. 95.
& 96. lib. 2. Maurus Senior allegat.
12. nu. 2. Ioseph Ludovicus decis. Pa-
ris. 29. Gratian. 1. forens. c. 175. nu. 3.
Giurba decis. 112. n. 11. & decis. 63. n.
20. Præles de Franchis decis. 213.
Antonin de Amato 1. var. resol. cap.
39. nu. 75. Trentacing. conf. 23. nu. 2.
parte 2. & lib. 3. var. tit. de donat. resol.
3. n. 11. diffusius Rota d. decis. 299. n.
2. Postius de manuten. observ. 20. in q̄
Horatius Perius Materanus conf. ci-
vil. 23. n. 6. Regens Marinis 1. quotid.
cap. 281. n. 3. Regens Merlinus 1. con-
trou. c. 35. nu. 2. & lib. 2. cap. 17. nu. 24.
cap. 18. n. 6. & cap. 19. nu. 39. Regens
Cayc. Latro tom. 2. consuls. 137. nu.
21. Regens Marcianus 2. dispos. 56.
n. 22. Consiliarius Pratus 1. discip.
c. 8. n. 24. Barbar. de ussuetud. glos. 10.
n. 4. Nonius Acoſta post hæc scripta
vilus in tract. de prinsteq. aradis. regul.
& ampliat. 4. nu. 2. Soder meus alterc.
44. n. 10. & alterc. 45. n. 3. Eminentis-
simus Mantica de tactis. cōvens. tom.
2. lib. 13. tit. 4. n. 26. vbi docuit etiam
à traditione donationem incipere,
si do.



si donator constituat se donatarij nomine possidere, sequuntur Giurba *d. decis.* 112. n. 11. Regens Merlin. *d. cap.* 18. n. 7. Regens Marcianus *d. disput.* 56. n. 21. *locer meus d. alterc.* 44. n. 10. optimè Gaitus *de credito cap. 4. quasit.* 11. n. 1283. & 1284. quo loci multorum fretus autoritate subiūxit, Donatarium possidentem per constitutum præferri posteriori creditori corporaliter possidenti, probant quoq; Iudex Pascalis *de patria potest. parte 1. cap. 8. num.* 188. Mastrill. *decis.* 211. Tondutus *d. cap.* 172. n. 4. & 16. latè *locer meus d. alterc.* 44. n. 17. & 28. & nos *infra*. Concutrens ergò donatarius factus possessor per clausulam Constituti cum hærede donatoris in Interdicto retinendæ, omninó ille præfertur, *in interdicto retinendæ possessionis* (rescripsit optimè Faber) *præferendus est hæredi donatarius, siue inter vivos, siue mortis causa donatum sit, qui pro se habeat clausulam constituti; quoniam mortis tempore, & eo instanti, quo ius hæredis nasci incipit, reperitur extra causam hereditatis possessio, quæ viuo adhuc donatore per eam clausulam in donatarium translata fuit, in C. lib. 8. tit. 4. vbi possidetis de fin. 6.*

Tanta enim, & tam admirabilis est constituti virtus, vt quamuis modus dicatur fictus: DD. *in d. l. interdū & l. quod meo* ex alijs Marcianus *d. disput.* 56. n. 20. *locer meus alterc.* 45. n. 4. Acoſta *d. ampl.* 4. n. 3. v. *dixi fictè tradita*, veram tamen, & efficacem transfert possessionem, & cum ea quoq; dominium; adèd quod nulla alia superest apprehensio, Boer. & Cacheran. apud *locerū meum ibidē n. 5.* ex Pontificio Canone, quo antè iam diximus, *is vere dicitur possidere, cuius nomine possidetur, cap. si diligenti, de præscript.* Non enim minus operatur ficta, quam vera traditio. Arist.

min Tepát *var. juris sentent. lib. 2. tit. de clausul. Constituti.* Cacheran. *decis.* 36. Fontanell. *clausul. 4. glos. 27. n. 5.* Petrus Gregorius; Tolosan. *synagm. juris vniuersi parte. 3. de action. lib. 25. cap. 18. num. 5. & cap. de acquis. rerum per traditionem* Polidor. Ripa *obseru.* 96. n. 3. Magil. *de euiet. g. 63. num. 3.* Giurba *decis.* 61. n. 20. Regens Rouit. *in pragm. 1. de assist. nu. 21.* Barbat. *eod. tract. glos. 10. nu. 4.* copiosè Amat. *loco cit.* Gratian. 3. *forens. cap. 502. n. 2.* Octavius Caracciol. *decis. Sicil. 20. nu. 29.* Staib. Pratus, & Marcian. cum alijs *supra laudatis*, quibus addimus Reg. Sanfel. *decis.* 115. n. 2. *parte 1.* Immò adèd est efficax hæc traditio, vt constitutès solum remaneat simplex detemptor. Menoch. *de recap. possess. remed.* 14. n. 25. Giurb. *decis.* 115. n. 15. Gratian. 1. *forens. c. 175. nu. 2.* sed audiamus Fabrum sic altiùs differentem. *Placet per clausulam constituti transferri non modo ciuilem, & fictam, sed etiam naturalem, realem, veram, & actualem possessionem, perindè atq; per traditionem, in C. lib. 7. tit. 7. de acq. possess. de fin. 39.* adstipulatur Gaitus sic aptè subiūgens, *Traditio, quæ ex cōstituto inducitur, verã fingēdo transfert possessionem, prout & si à donatario actualiter fuisset tradita res donata, eandemq; donatarius donatori demum cōsignasset locationis, aut alio desentionis titulo, donatorq; insuper alienasset; tūc nullus negaret competere donatario remedium possessorij recuperanda, proditum in beneficiū amittentium possessionem modo pradicto, in tract. de credito c. 4. quasit. 11. num. 1289. & quasit. 7. n. 799. & in præf. n. 57. locer meus d. alterc. 45. num. 5.* prius id voluit Rota apud Postiū *d. decis.* 299. n. 2. & 3. vbi docuit, possessionem hæc esse vbiq; manutenibile etiam aduersus hæredes constituen-

7
 tis, ex Menoch. *de retinend. remed.* 3. *num.* 23. Coman. *conf.* 173. Castill. *de usufructu* c. 61. *num.* 7. Valasc. *consule.* 79. *num.* 9. suffragatur amicus noster Tomatus *decis.* 35. *num.* 40. & *decis.* 118. præsertim quia constituens constituti tempore possidebat; Tiraq; Rimin. Natta Aleias. Gozad. Guid. Papa apud Pratum *lib.* 2. *discept. cap.* 47. *num.* 30. Berlichius *decis.* 255. *num.* 13. Hinc si munus hac clausula contingere in sua possessione turbati, uti spoliatum posse recuperanda remedium intentare, nemo est qui nesciat, Menoch. *conf.* 139. *num.* 22. & *de recuper. remed.* 14. *num.* 24. & *seqq.* Rous. *in d. pragmat.* 23. Gaitus *questi.* 7. *num.* 97. Pascalis *de patria potest. parte* 1. c. 8. *num.* 140. Barbar. *de assist. in prefat.* n. 64. Curell. *de donat. contemplat. ma. d. in. et p. 2. disp. s. special.* 26. *num.* 13. Regens Marcian. *d. disp.* 56. *num.* 22. focer meus *d. alterc.* 44. *num.* 28. & *alterc.* 30. *num.* 14.
 8
 9
 Eapropter non inconcinne scripsit. Regens Merlin. 2. *contra. cap.* 18. *num.* 1. pro quod quavis Imperiate responsum sit, quod ubi prædium duobus distrahitur, ille cui tradita fuit possessio in detinendo dominio videtur potior, licet respectu contractus in tempore sit posterior, idè si ex causa donationis, cum qui cui priori possessio tradita est, haberi potiorè conueniat, ait Casar *in vulgata l. quoties. C. de rei vendit. de qua. (missis alijs)* Regens Marinus 2. *quotid. cap.* 24. *num.* 6. et in numeris Augustinus Barbula *in collect. in Codicem in d. l.* Hoc tamen claudicat, ubi in priori contractu intercederit clausula constituti, quoniam nequaquam is, in quem prius translata fuit possessio diceretur potior, sed primus contrahens, qui, & si corporali destitutus possessione, in contractu præfatâ haberet clausulam, Gregor. XV.

decis. 567. Tiraq. *de iure constit. parte* 1. *num.* 21. Ioseph Ludouicus *decis.* *Perus.* 29. *num.* 18. Barbar. *in sapediato tract. de Assistentia glos.* 7. *num.* 43. Virill. *ad Afflict. decis.* 275. ubi sic refert decisum in S. R. C. idem Merlinus *laudat.* n. 15. ubi absq; discrimine ita feruari testatur, prius Gaitus *d. cap.* 4. *questi.* 11. *num.* 1290. Rosa *d. decis.* 299. *num.* 1. *seqq.* Barbosa *quo supra,* fitimat optimè focer meus *d. alterc.* 44. *num.* 26. Ratio non est in obscuro, nam cum per dictam clausulam constituti vera. (ut prædiximus) tradatur possessio, donans post factam donationem rem illam donatam, & huiusmodi traditam nõ potest pignoris nexui alteri creditori subijcere, & si taliter subijcerit, & ex post facto donans decoxerit, anterior donatarius huic creditori in concursu præfertur, notabiliter Acosta *d. amplius.* 4. *num.* 1. ubi ex Menoch. Valasc. Molin. Castill. Gomez. Larrea Gutierrez ait, rei alienatæ pignoratione nullâ, & inefficacem esse, itaut donatario, in quem possessio, & dominium acquisita ex constituti clausula proponantur, in concursu nullatenus officere debent, cum donans nõ possit amplius de bonis alienis disponere, nec ea in alium tradere, Corfen. *ing.* 88. v. *Donatio* Celsius Vgo *conf.* 52. *num.* 2. & 58. *num.* 6. 8. Viuius *decis.* 421. *num.* 10. Peguer. *decis. crim. nal.* 48. *num.* 8. latè Cutell. *d. tract.* 2. *disp. s. special.* 26. *num.* 13. neq; alteri obligare *l. rem alienam. ubi omnes ff. de pignor.* Negul. *de pignor. parte* 2. *membr.* 3. *num.* 52. Pacif. *de Saluiano in serdillo inspect.* 3. v. 1. *num.* 254. meminit focer meus *d. alterc.* 44. *num.* 26. & 27. & nos in PETITORIO *parte* 1. *num.* 28. & *seqq.*
 Ex quo palpabilis eorum lapsus detegitur, qui vulgariunt, constitutum morte extinguunt constituentis

vt videntur asserere Gratianus 4. fo-
renf. cap. 779. num. 22. Barbar. de as-
sistent. glos. 7. num. 27. Staiban. 1. resol.
cap. 41. num. 9. & 10. Marius Giurba
obseru. 52. num. 4. Pascal. de patria po-
teft. parte 1. cap. 8. num. 152. Regens
Marionis lib. 2. quotid. c. 62. Confilia-
rius Pratus 2. discept. forens. cap. 47.
12 num. 32. Quoniam hæc opinio in cõ-
ditionali dũtaxat contractu, si nẽpẽ
contingat conditionem post consti-
tuentis obitum adimpleri, procedit,
vt optimẽ probant Rota d. decis.
299. n. 9. & decis. 58. n. 6. Andreol. 1.
constru. cap. 68. n. 16. Antonin. Ama-
tus 2. var. cap. 62. circa finem. secus in
contractu puro (vt in propõta fa-
ci specie) in quo sicuti à primordio
constitutum in cõstitutarium, & hæ-
redes veram transfert possessionem,
ita durat, & effectũ producit in præ-
iudicium constituentis, & eius hæ-
redũ, Amatus d. cap. 62. & lib. 1. cap.
39. n. 82. & seqq. Andreol. d. c. 68. nu.
16. Postius de manus obseru. in n. 1. i.
& 12. & obseru. 20. n. 4. Rota d. decis.
299. n. 7. latè Cutel. d. tract. de donat.
tract. 2. discurs. 1. special. 17. num. 60.
Præles de Franch. decis. 80. n. 25. &
16. Viuius decis. 416. Vilcon. v. Pra-
carium Alfons. de Olea de cessione sit.
6. q. 5. n. 11. Nouar. in pragm. 1. de As-
sistentia Staiban. 2. resol. c. 111. n. 77.
ex nostratibus Ascia determin. 294.
Maxill. S. marito ad inopiam vergente
n. 24. socer meus alterc. 45. nu. 15. &
seq. Præterquamquod Antonius Fa-
ber indistinctè asseruit, nunquam cõ-
stitutum morte constituentis exin-
gui, quem, ne solus sapere velle vi-
dear, loquentem nunc facere iubet,
13 Magna inser nostros fuit qualis (in-
quit ille) an potest ex huiusmodi consti-
tuti per mortem siue constituentis, siue
constituentis finiri? Senatus noster
magis probat, vt neq; cõstituentis, neq;
cõstituentis morte finiantur possessio, que

per cõstitutum quæ sit fuerat; non ma-
gis, quam si per realem, & actualem
traditionem acquisita fuisset; adeò vt
placeat non minus hæredi cõstitutarij,
quam ipsi constitutario competere in-
terdictum retinenda possessionis, nec
minus aduersus hæredem cõstituentis,
quam aduersus ipsum constituentem.
Rationem adiungit. Præsertim verò
postquã moribus nostris receptum est,
vt defuncti possessio, non secus ac do-
minium rerum hereditariarum con-
tinuetur, & transferatur ipso iure
in hæredem, etiam quoad effectum in-
terdicti proponendi, in C. lib. 7. tit. 7. de
acq. possess. defn. 39. & 27. Adstipu-
lantur Claudius Seyfel apud Tiraq.
de iure constituti parte 1. num. 66. &
latius ampl. 13. n. 3. & limit. 21. nu. 9.
Pascalis de patria potest. parte 1. c. 8.
nu. 153. Horatius Perlius conf. Ciuil.
23. num. 7. & 8. Præsertim existente
clausula in donatione adiecta, ex
nunc pro tunc, vt ex Alex. & alijs fir-
mat Rota d. decis. 299. num. 7. (quid-
quid aliter ex Staibano sentiat Pra-
tus d. c. 47. nu. 32.) Hinc experimur
14 in dies tam viuo, quam mortuo de-
bitore constituente, assistentiam præ-
stari super eiusdem bonis, etiam per
tertios possessis, nulla præcedente in
bonis debitoris discussione, testa-
tur de praxi socer meus d. alterc. 45.
in fin. Ultra quod in facti specie con-
stitutum viuo donatore constituente
per decretũ Curie sæpedictum,
quo, auditis partibus, definitum fuit,
Donatarium in bonis donatis non esse
molestandum de facto, satis effectum
habuit.

Videmus hic vastum nobis pelag-
us de constituti materia aperiri, sed
eam hoc in loco valere finamus; qui
prolixiorẽ sermonem cupit audi-
re, authores consulat præcitatos, nã
monitore Polibio, Minime necessa-
riũ est, vt de his, que rectè à multis di-

Et a sunt, de nudo sermo habeatur, lib. 1. histor. obseruat Franciscus Amaya lib. 1. obseruat. iuris c. 1. infine mibi fol. 22.

Verum illud, quod maioris est luminis, addendum esse perspeximus. Esto dicatur, quod donatarius ad huc ciuilitate possidet (quod non admittimus) quia tamen in publico retrodonationis documento (de quo nobis erit in petitorio differendum) euidenter apparet, promississe donantem in vltimis bona retrodonata relinquere donatario (sub hac enim conditione retrodonatum est) His finitimū, cū donatarius vigore pacti statim effectus sit donatorum proprietarius, viceuersa donator solūmodo fructuarius; potest proprietarius usufructuario vita functo auctoritate propria naturalem possessionem capere, suæque ciuili iniungere, cum obitu fructuarij sit usufructus extinctus, qui cū proprietate consolidatus; sub potestate proprietarij effectus fuit incontinenti. Hoc theorema diffusius illustratur à Rota Romana apud Postium *d. decis. 299. nu. 4. & decis. 300.* quam sequuntur Gratian. 4. *forens. cap. 779.* Guttell. *de donat. consensu. matrim. tract. 2. discurs. 1. special. 17. num. 55.* extente Capyc. Galeota 1. *controu. cap. 36.* Postius *de manutent. obseru. 16. n. 41.* Præsul Thomatus *decis. 35. & 118.* Andreol. 2. *controu. cap. 178. nu. 1. & 2.* Ciarlin. 2. *controu. 1080 cap. 169.* Quandoquidem hoc in casu non diceretur noua possessio, sed eadem cum incremento, ex alijs Postius *d. obseru. 16. nu. 43.* Ciarlin. *ibid. nu. 4.*

15

16

S. qui ad undinas ff. de acquir. possess. l. cum fundum l. qui possessionem ff. de vi, & vi armata Bart. Negul. Gozadin. Natta Borguinus apud Cancer. 2. var. sit. 7. de resistit. spoliatorum nu. 44. & 62. Rota apud Postium *decis. 327. num. 14.* Gabriel. *tit. de acq. possess. conclus. 6. num. 11. & 12.* ex alijs Theod. Reinkinck *de regim. lib. 1. class. 3. c. 3. n. 41.* Ea potissimū ratione, quod cum usufructuarij possessio obitu sit extincta, nec transeat ad hæredes, diceretur pariter extincta possidendi causa ad hæredes nō trāsitoria, Honded. *cons. 18. n. 73.* cū alijs, quos recenset Ciarlin. *ibid. n. 9.* Itaque tenetur omnino iudex iniustos detentores expellere pro defentione proprietarij Postius *de obseru. 16. n. 34.* Ciarlin ex multis *num. 14.* qui & si diceretur Ciuilitate possidere, ea tamen possessio est adeo ad manutentionem sufficiens Caualer. *decis. 86. num. 3.* vt nequaquam dicitur per ingressum naturalis à prætenso hærede aduersario impedita Caualer. *decis. 86. n. 2.* Ciarlin. *num. 38.* & si hic denegaret admittere donatarium, tamen si ciuilitate possidentem, vim inquietatiuam diceretur inferre, Menoch. *cons. 139. nu. 23.* Postius *decis. 327. n. 13.*

Ratio prædictorum ex celeberrima Cælaris dispositione depromitur, in *l. quisquis 28. C. de donat.* vbi statuitur, quod reseruatio usufructus traditionē possessionis, quæ erat pænes tradentē inducit, his verbis adiectis, *Quisquis rem aliquā donando, usufructum eius retinuerit, etiam si stipulatus non fuerit, eam continuo tradidisse credatur; nec quid amplius requiratur, quo magis videatur facta traditio, sed omnimodo idem sit in his causis usufructum retinere; quod tradere;* firmat Decius *cons. 30. nu. 3. & 238. n. 2.* Guido. Papa *decis.*

17

112. latè Caldas *cōs.* 22. n. 1. & *seqq.* ibiquè subscribens *num.* 22. Gamma *decif.* 166. Fontanell. *de pactis claus.* 4. *glos.* 3. *num.* 17. Rota *d. decif.* 299. & 300. Tirraq. Vrsill. Alfan. Villabol. Mascard. Magon. Honded. Costa, & alij apud Viscont. *in conclus. Iuris v. Possessio* latissimè Antoninus Amatus 1. *var. cap.* 26. *num.* 2. & *lib.* 2. c. 62. Regens Marinis 2. *quorid. c.* 70. *num.* 8. alios dat locer meus *d. alterc.* 44. *num.* 13. omninò Cutell. plurimos referens *allegat.* 1. *post tra-ct. de donat. consemplas. matrim. num.* 11. & 12. vbi subiunxit, hoc impensius militare, si cum reservatione vltusfructus cōcurreret clausula constituti (vt in presenti) subscribit Regens Capyc. Latro *rom. 2. consuls.* 137. *num.* 22. & *seq.* Rota apud Postium *d. decif.* 58. *nu.* 22. Nam hoc in casu prædicta clausula operatur, vt vtraq; possessio dicatur apud dominum refluere, Postius *d. obseru.* 1 & *num.* 46.

Cum itaq; donatarius vigore præcedētis donationis parti aduersariæ sit anterior, quæ solum posteriori titulo, nempe testamento nittitur, non solum debet in donatorū proprietate præponi, Gaitus *de credito cap. 4. quest.* 11. *num.* 1237. & *in addit. part. 2. resol.* 1. & *seqq.* Andreol 1. *comtron. cap.* 31. & *lib.* 3. *cap.* 204. *Castill. lib. quorid. cap.* 80. *nu.* 17. Nonius Acoſta *de prinil. credit. regul.* 1. *ampl.* 4. n. 23. Alfonso de Olea *de Cession. Iurium tit.* 4. q. 3. *num.* 28. Regens Merlin. 2. *comtron. cap.* 19. n. 17. Regens Capyc. Latro *decif.* 156. *part. 2.* Regens Sanfelix. apud Marcianū *d. dispus.* 56. n. 23. Consiliar. Staiban. 2. *resol.* 103. n. 80. meminit locer meus *d. alterc.* 44. *num.* 16. (explosa sentētia Regētis Rouiti viri alioquin peritissimi *dec.* 48. *in append.*) Sed ei in possessione præferri, pulchrè Frā-

ciscus Tondutus *d. cap.* 172. *num.* 4. Bald. Curtius Zabarell. Gaill. & alij apud Colerum *de processu executiu. parte 1. cap. 2. num.* 138. *mibi fol.* 32. omninò Rota apud Postium *d. decif.* 299. n. 1. *seq.* & *decif.* 329. *num.* 1. vberiori calamo idem Postius *de manuien. obseru.* 71. n. 2. & 58. *nu.* 18. Staiban. 2. *resol.* 111. n. 77. vbi sic testatur *decifum*, nouissimè locer meus *alterc.* 30. n. 14. & 15.

Nec potest prætenus hæres illo clypeo se defendere, quod super bonis donatis habeat iura iuribus donatarij potiora, quo casu deberet saltim in sua possessione manuteneri. Quoniam, præterquam de credito vsq; modo non constat, & posito illud quomodocumq; patere, vti turbidum, & requirens altioem indaginem, non est efficax ad possessionem contrariam elidendam, cum in hoc manutentionis iudicio nullatenus admittantur exceptiones turbidæ, & quæ faciliter possunt discussionum laqueis implicari, Burat. *decif.* 194. n. 7. Rota apud Postium *decif.* 101. n. 2. & 119. n. 7. Menoch. *de retin. possess. remed. vlt. n.* 43. Gratian. 5. *forens. cap.* 926. n. 27. & 948. n. 5. 6. & 14. Gyphius ad Capyc. Latro *obseru.* 101. *nu.* 7. Ciarlinus. *d. cap.* 169. n. 66. & *seq.* Cum itaq; verè donata possideat donatarius, resukat omninò verum Summi Pontificis monitum, quod *Is verè dicitur possidere, cuius nomine possidetur.*

Repetitis itaq; omnibus, concludendum pronunciamus, donatariū, cui potius lux veritatis affestis, vt mutuemur verba Pontificis *in cap. causam 9. de probat.* quia tēpore litis mortæ vigore constituti, virtute decreti, & vti donatorū proprietarius possidebat, esse in donatorum possessione, seclusa hæredis detentione, manutenedum. Vel saltim pro bo-

no

23 no pacis, antequã causa proprietatis cognitionaliter explanetur, prædicta bona, seruatâ forma tot decretorũ à Supremis Tribunalibus prolatorum, sequestro idoneo collocari; Cum nefas sit ab ijs recedere, quæ communibus fuere iuragijs in causis similibus definita. Paulus Christianæus *decis. Belgic. 2. vol. 1. Gratian. 3. forens. cap. 544. num. 33. & lib. 5. cap. 947. n. 18. Regens Tappia. decis. 3. num. 145. 146. & decis. 7. num. 15. Regens Rouitus. conf. 18. num. 3. Regens Capyc. Latro tom. 1. consult. 6. num. 4. Confiliar. Pratus 2. forens. cap. 46. num. 79. & seqq.* Etenim *venientium temporum est disciplina instare*

veterebus institutis l. unica. C. Theodos. de longa cõsuetud. & quod semel decretum est fieri, nulla debet nouitate mutari, Arnob. lib. 2. aduers. gentes, Ita quod, sicuti Summus Pontifex inculcabat, in can. cum pia. 25. q. 2.

Ea, quæ pro quiete fuerunt ordinata, nec dissimulatio negligere, nec quadam valeat præsumptio perturbare.

Sed sicut hoc, quod ratio exigebat, oportuit definiri, ita quod definitum est, non debeat violari.

24

EXPLICIT POSSESSORIUM

Petronius.

*Inueniat, quod quisquæ velit, non omnibus vnum est,
Quod placet, hic spinas, colligit ille rosas.*



The first part of the report deals with the general situation of the country and the progress of the war. It is followed by a detailed account of the military operations in the West, and then a chapter on the situation in the East. The report concludes with a summary of the results of the war and a forecast for the future.

THE WESTERN FRONT

Summary

The Western Front has been the scene of the most intense fighting of the war. The Allies have made significant gains, and the German position is becoming increasingly untenable.

The following table shows the progress of the Western Front from the beginning of the war to the present.

| Date | Position |
|---------------|---|
| August 1914 | German advance to the Marne |
| November 1914 | Stabilization at the Ypres Salient |
| April 1915 | German offensive at Ypres |
| July 1915 | Stabilization at the Somme |
| November 1915 | Stabilization at the Cambrai |
| April 1917 | German offensive at Arras |
| July 1917 | Stabilization at the Cambrai |
| November 1917 | Stabilization at the Cambrai |
| April 1918 | German offensive at Amiens |
| November 1918 | Final Allied offensive and German surrender |

FAX POSTERIOR

AD IVRA

PROPRIETATIS

*Tu nobis Helice, nobis Cynosura, MARIA,
Te duce vela damus, portus habitura secundos,
Tu mare, tu ventos, tu sidera cuncta, Deumque
Concilias; tu tanta salus, tu pacis origo,
Tu commune bonum, generis tu gloria nostri,
Huc ades; & captos presenti numine cursus
Dirige; atque infirmam vege per vada cernula puppim.
Mansuannus Carmelita h. Parthen.*

NOTABILIVM

EXEGESIS.

- 1 **S** Oboli nascitura nefas subtrahere collatam liberalitatis officium.
- 2 Genitores filiorum bona dilapidantes, amentes potius quā amantes.
- 3 Paupertate sordescimus, consule l. quisquis C. ad l. Iuliam maest. Tiracq. de nobil. c. 25. nu. 9. Turin. res. de nobil. Gentilis. lib. 3. c. 7.
- 4 Harmonicus Cassiodori locus pronascituris.
- 5 Proponitur thesis in pēitorio examinanda.
- 6 Perfecta donatio renocari nequit in praiudicium quorum interest.
- 7 Contractus semel perfectus irrenocabilis.
- 8 Notabile Seneca monitum pra oculis semper habendum.
- 9 Donatio solo donatoris consensu efficitur irrenocabilis.
- 10 Donatio contemplatione matrimonij, uti pars contractus dotalis, pariter cum dote deciditur.
- 11 Dotes mulierum conservari, Reipubl. interest. & quarè.
- 12 Donationes contemplatione nuptiarum factas ad instar dotis intactas, siliabasq; custodiendas.
- 13 Pacta, qua dotis conditionem deteriorē reddunt, à iure improbantur.
- 14 Pariter si latoris dotis inserisurium, augmentum, fructus, & huiusmodi ex Staibano.
- 15 Mariti plus impendunt in ornamentis uxorum, quam pro dote recipiunt ex Iulio Claro, & quotidiana experientia.
- 16 Cōventiones has donationes deteriorantes nullius sunt roboris, & momenti.
- 17 Resconditum Papiniani responsum à Casare mutatum.
- 18 Dotantes, qui ampliores sapè dotes puellis assignant, dolosis, & capia-

- pratorijs retrocessionibus non frandanda.
- 19 Ius natura diuinum, atq; Civile fraudes in contrahendis negotijs agrè ferunt.
- 20 Matrimonium, quod difficultatibus multis opprimitur, aduentijs nõ debet cumulari ponderibus.
- 21 Egregia carmina seruilem, & infelicem maritorum conditionem exprimentia loco coronidis adducuntur.
- 22 Donatio proposita quaestionis ante matrimonium inter partes conclusa.
- 23 Iuris broccardicum, fides nõ facit fidem, tripliciter claudicat; & quomodo.
- 24 In Instrumento non ponitur contractus substantia, sed eius solum probatio.
- 25 Vitiato instrumento nõ vitiatur contractus, cuius tenor potest aliud probari.
- 26 Donatio controuersa correspondens fuit ad matrimonium, & quare.
- 27 Correspondenti contractus, quia pro unico reputantur, pari passu ambulant.
- 28 Celeberrimus D. Valeriani locus offertur, & alter Cassiodori n. 30.
- 29 Bona in testamento relicta debent esse defuncti, non aliena, aut restitutioni obnoxia.
- 31 Conquestus Seneca contra splendidum possessorem nimis are alieno granatum.
- 32 Donatio consideratione certi matrimonij dicitur eiusdem causa finalis, non impulsiva.
- 33 Donatio matrimonij causa finalis, ipso iure irrenocabilis.
- 34 In donatione consideratione certi matrimonij semper est locus euictioni, etiam si promissa non esset.
- 35 Vbi contractus est nullus, nullam potest parere actionem ad interesse.
- 36 Donatio consideratione certi matrimonij tangit interesse mariti, uxoris, & filiorum.
- 37 Ideo nequis solummodo à marito, inconsultis ipsis donatori retrocedi, & n. 40.
- 38 Vxor in hac donatione principaliter est contemplata, non secundaria.
- 39 Iuris Canones ad materiam attingentes adducuntur.
- 40 Fructus donationis possunt solummodo retrocedi.
- 41 Retrodonatio de qua agitur, quibus consecuturis coactè presumatur, obtema, & n. 51.
- 42 Series offertur, qua illa fuit exorta.
- 43 Iura in auaros semper insurgunt.
- 44 Presentis seculi calamitates ex Fulgentio, & Cesare.
- 45 Reuerentia cum laesione conglomerata nullum reddat contractum.
- 46 Nemo presumitur sponte incharitabilem, quia ex Baldo ordinata charitas se plus amat in ungue pedis, quam aduersarium in vertice capitis.
- 47 Omnes homines querunt potius diuitijs affluere, quam se paupertate constringere.
- 48 Patres semper pro filiis consilium capiunt salutare.
- 49 Tenentur thesaurizare illis ex Petro, & Paulo Apostolis, Tullio Ambrosio, & alijs.
- 50 Verisimilitudo veritatis imago, casus legis, ipsaq; veritas.
- 51 Ratio naturalis nõ patitur, vel le parentes proprios filios suis facultatibus spoliare.
- 52 Ingenitum est parentibus propriam sobole extraneis anseferre.
- 53 Etia si esset in vicio, aliter quid emergeret, exemplis ostenditur.

- | | |
|---|---|
| <p>56 Summa soliditas est subtrahere bona liberis, & dare extraneis.</p> <p>57 Instruente natura plus filios, quam nos metipfos diligimus, ex Latino Pacato, & D. Hieronimo.</p> <p>58 Harmonica Claudiani carmina parentum labores pro filijs exprimentia recensentur.</p> <p>59 Cōspicua naturalis rationis encomia conuictantur.</p> <p>60 Deficiente Ciuili lege ratio naturalis allegatur in decisione causarum.</p> <p>61 Legum consulti sapit à naturali ratione ratiocinantur.</p> <p>62 Ius naturale fons est iuris Ciuilis, ius Ciuile riuulus naturalis.</p> | <p>63 Contractus metu gestus nullus, vel ad irritum reuocandus.</p> <p>64 Importuna preces vim habent compulsionis.</p> <p>65 Cum quis obsequitur, necessitate quadam exequitur; parci potius, quam assentitur.</p> <p>66 Iustus dicitur metus, ubi quis amissione patrimonij sui mouetur.</p> <p>67 Blando vis laesi imperio.</p> <p>68 Suasio, quando in alterius tenet prauidicium compulsionis fortior.</p> <p>69 Vis, metusq; nihil agendum.</p> <p>70 Conclusio primae partis ex Casaris responso excerpta.</p> <p>71 Respondent utiima primis.</p> |
|---|---|

S Y N O P S I S.

DOnatio contemplatione certi matrimonij facta Nepoti, & liberis procreandis ab eo, uti pars contractus dotis, coniugijq; causa finalis, tanquam ad matrimonium certum correspondens, adeo stabilis, ut in prauidicium vxoris & filiorum, quibus ex ea est irrevocabiliter ius quaesitum, nec retrocedi, nec aliqua conditione possit restringi * Retro donationes coacte fieri, aut importunis precibus extorqueri, ne dum prudentum responsa, quam ipsum rationis dictamen, quo impellimur ad iuris nostri conservationem, ostendunt * Cum mortalibus sit ingentium propriam sobolem, ideo extraneis anteferre, ut in omne aeternitatis memoria relinquatur; nequaquam praesumendum est, velle parentes, qui instillante natura ex voto liberis omnia parant, in eorum perniciem bona laboribus conquisita profundere, aut sua sponte alteri cedere; ubi genitorum erga genitos amor nimius, & naturalis rationis pondus, etiam per politioris doctrinae tramites, demonstrantur.

P E T I T O R I I

P A R S P R I O R

*Aeternum est beneficium posteritatis favore collatum.
Cassiodor. lib. 7. variar. epist. 40.*

A Deo legum sapientissimi conditores, humano generi consulentes, non dum nate soboli prospexere, ut quod in eam titulo donationis cōfertur, nullatenus subtrahi putiantur. *Officium Imperatoris maestas est* (inquit Cæsar) *ijs etiam, qui nondum nati sunt, providere, & in parentum contractibus futuris quoque liberis fructum natura debitum præparare, l. 1. C. Theodos. de paternis bonis.* Sed proh nefas! inter humanos immanes sæpè sunt genitores, amentes potius quam amantes, qui paternæ pietatis obliti, bona, quæ ex alterius liberalitate liberè ad liberòs spectant, dilapidantes; dum visceribus proprijs nocere non ambigunt, sua quoque iura præcipitent. Nimis barbara, & vesana crudelitas in unum collatum lucæ carentibus invidere; quid odij ventura soboles uritur, ut eius gloriam sic degloriet liuor inglorius? *Lex abdicacionis aduersus ferociam inuenum cōstituta est, cū Quintiliano addiscimus, declam. 279.* Laudabiliter ergò legibus interdicitur, ne huiusmodi liberalitas accessione grauaminis oneretur: *Cū in tam necessarijs sibi, coniunctisq; personis sub liberalitatis appellatione debitum potius natura persoluitur, quam muneris oblatio comprobatur, l. com. C. de imponen. lucratiu. descript. lib. 10.* Sit igitur æternum beneficium posteritatis favore collatum; nam in lu-

cem venturi castus suscipere non uentur aduersus, ne ante gratiam distributionis incurrant, quam gaudia superna lucis inueniant. Cassiodorus ibid.

Hinc donatio contemplatione certi matrimonij à Patruo facta nepoti, & liberis procreandis ab eo, adeò inextinguibilem, & perpetuam obtinet firmitatem, ut ad instar matrimonij irreuocabiliter erat seruanda; quare perperam donatarius in detrimentum vxoris & filiorum, quibus ex ea est irreuocabiliter ius quæsitum, bona donata posteriori placito donauit retrodonauit. Hæc thesis multifariam illustratur. Primò Cæsarea sanctione, quæ definitur, *Irreuerentia facti donationem perfectam non inueniuntur, l. fin. C. de donat. pro donato, consensunt vno ore. Menoch. cons. 92. nu. 48. & 179. nu. 9. Couar. 1. var. resol. cap. 14. n. 1. Mantica. de iacis. lib. 13. tit. 46. n. 18. Surdus decis. 206. nu. 5. Cybiar. 1. var. sup. 128. num. 40. Amatus, resol. 25. nu. 4. 11. & seqq. Giub. obseru. 42. optimè Rota apud Postium post tract. de manuten. decis. 58. nu. 17. Epidè Seneca donantem redarguit, Cui des beneficium considera; nulla actio erit, nulla repetitio. Erras, si existimas succurrurum tibi iudicem; nulla lex in integrum te restituet, lib. 3. de benef. cap. 14.* Ridiculum enim esset, si contractus vnanimiter celebratus, magnis fide publica, & iuramento pariter roboratus poster ad libitum, in præiudicium quorum interest, reuocatus, *Leo quod*

quod C. *secretum petatur* l. *firmat* C. *de obligat. & act.* Rectè obijcitur donatori. *Quod petatur voluit, quod voluit implere acquirit*, de quo Theodor. alleg. 30. nu. 5. Gratian. 4. *forens. cap. 699. n. 28.* Sæ legibus definitum est, quæcumq; ab initio fuere liberæ voluntatis, fieri ex post facto necessitatis. *Am. namq; dato. S. sicut ff. de com. mod. l. si mandaverit. S. i. ff. mandati l. non idcirco ff. de contrab. tempo. l. qui am. vis. C. de transact. l. de contractu. C. de reser. vendit. S. unde de res. l. 23. nu. 4.* Anaxus Robertus lib. 1. *renov. iudic. cap. 11.* Elicodas *de yajeciois. cap. 6. n. 21.* Gutierrez *pract. 99. tit. 30. quæst. 43. nu. 14.* Cardinalis Tullys *rom. 2. lit. C. canclaf. 983.* Barboli *in princ. pje iuris. lib. 7. nu. 65.* Giurbi *d. observ. 43. n. 1.* Salgada *in labyrinth. creditor. parte. 1. cap. 19. n. 22.* Postius *re sol. tit. cap. 15. 2. nu. 1.* Erat quippè in donantis arbitrio, donationem facere, vel non facere, sed factam, semelq; initam, & traditione taliter confirmatam, non poterat in uxoris, ac sobolis præiudicium revocare, quia, ut vulgare dicitur circumfertur, *Serò sapiens Phryges.* Vnde Seneca (referretur apud gnomologos) *non quænam promissas deliberes, cum promissis facias*, de quo nos, *Dro. dato, dicemus. in THESAURO GNOMOLOGICO. cap. Dogmata Socratis, & cap. Dogmata Senecæ.*

8

9

Ed impensius, quia hodiè solius donatoris, consensu donatio efficitur irrevocabilis, Gratian. 3. *forens. cap. 594. nu. 19.* Salgada *d. tract. parte 2. cap. 26. nu. 32. & 37.* Ciarkin. 2. *contron. 202. cap. 135.* Regens Marinis 2. *quæsid. cap. 70.* Regens Merlin. 1. *contron. cap. 59. nu. 27.* Regens Marcian. 1. *dispus. cap. 13. n. 2. & cap. 14. sacer meus alex. 44. nu. 3.* maximè accedente iure iurando, cuius virtute etiã absenti quæritur actio, Pascal. *de pa.*

tria. post. parte 1. cap. 4. nu. 116. Censal. *ad Peregrin. de fideicom. observ. 51.* Fontan. *de pact. claus. 3. glos. 4. nu. 10.* Amatus 1. *var. cap. 30. n. 2. & lib. 2. cap. 70. num. 24.* Regens Marinis 1. *quæsid. cap. 86. nu. 5.* Regens Capyc. *Latto decis. 2. n. 24. & decis. 44. n. 19.* Salgad. *Marcian. de fidei meus locis adductis.* Lex enim semper supplet præsentiam donatarij *Curell. de donat. contempl. matrim. tract. 2. de fidei. 1. special. 24. num. 9. & seqq.* Confiliarius Hodierna celebrati nominis L. C. *ad Surd. decis. 1111.* Marcian. *d. cap. 23. nu. 5.* bene explicat Carolus Botillier, collega poster doctissimus *de success. ab intest. theotem. 43. n. 9.*

10

Cum itaq; inspexerimus, donationem hanc in limine matrimonij celebratam (aliquantulum enim temporis effluxit inter utrumquè) firmandum est nobis, ipsam, uti matrimonij partem, & cum dotali contractu confundi, & cum eo, cuius naturam retinet, tum respectu validitatis, tum irrevocabilitatis pariter iudicari, *l. etiam ff. de inoffic. testam. l. Marcellus. ff. de donat. causa mortis.* Fontan. *claus. 2. glos. 1. nu. 19.* Fontanus 1. *resol. Civil. cap. 35. num. 9.* Gratian. 1. *forens. cap. 197. num. 6.* Giurbi *observ. 38. n. 12. & 16.* perpolitè Regens Merlinus 2. *contron. 200. cap. 34. & 60. n. 1.* Regens Capyc. *Latro. tab. 1. consulu. 46. n. 2.* Regens Marcian. 2. *dispasua. cap. 84. num. 10.* Andréol. 2. *contron. cap. 155. nu. 11.* Bottilier, *ubi supra. theotem. 105.* Quare sicut Reipublicæ interest, ut dotes mulierum conferrentur, *l. i. ff. de iure dotium l. 1. ff. solus. matrim. libod. modo & q. in fin. ff. de condit. & demon. str.* Salzod. *ad leges nova recopilat. l. 66. tit. 4. solo lib. 2.* Confiliar. *de Mela 3. var. cap. 32. in d. 10.* Honoratus Leopard. *de usuris gl. 30. n. 44.* ex alijs Alfonso de Olea. *de cessom. in tract. 34. 7. n. 1.* vberimè

Fran.

Franciscus Amaya 2. *obseru. Iurista obseru.* 4. fol. 145. nam sine dotibus debita matrimonij dignitas, ideoq; humana societas facillè infringuntur, Petrus Vanderan. *de primil. credit. cap. 5.* Vacon. à Vacuna *lib. 1. declar. Iuris declar.* 2. 1. nu. 5. alios dant Fontan. *de pactis claus. 5. glos. 1. parte* 1. Amaya *ibid. nu. 4.* Ita ad communem utilitatem attinet, has donationes firmas, illibatasq; persistere, quæ ne dum vniuersale commodû, quâ vxoris, & prolis, & sic specialiter iura respiciunt singulorum, extente Cutell. *d. tract. part. 2. tract. 2. discurs. 1. special. 9. num. 23. & 1010 special. 16.* Fontan. Merlin. & Marcian. *locis laudatis* Hodiern. ad Surd. *decis. 322. n. 30.* Giurb. *d. obseru. 36. n. 16.* Semper enim publica præferenda sunt proprijs, & tunc verè vigilat cura communis, vbi quis magis nititur publicis mederi periculis, quam priuatis studere fortunis, ad text. *in l. utilitas* vbi Amaya *de primipil. lib. 1. 2. can. scias frater. 7. q. 1.* Tolosan. *de Republ. lib. 24. cap. 8. n. 11.* Menoch. *de recup. possess. remed. 10. num. 101.* Gaill. *2. obseru. 56.* Tappia *decis. 7. nu. 30. & 31.* Annæus Robertus 2. *rerum iudic. cap. 11. ex alijs* Barbof. *in princip. Iuris v. Utilitas*, ouperimè ex Tacito, & Plinio D. Ioseph de Rosa Regius. *Confiliarius confultissimus, vir dogmaticis lectionibus eruditus in allegat. pro fisco Regalis Patrimonij. circa finem.*

13 Hinc deducitur, quod sicuti pateta, quæ dotis conditionem detentiorè efficiunt, improbantur, *l. Aspillicimus cum seqq. ff. de pactis dotalibus*, ad quorum ornatum Præfes de Franch. *decis. 54. nu. 4. & 489. nu. 28.* P. Molfelius *cons. 28. nu. 20.* abundè Borrell. *in summa, decis. parte 3. sit. de privileg. dotal. n. 494.* Petrus Barbof. *in l. 2. parte 1. n. 142. ff. soluto matrim.*

Io: Sandæus *decis. Frisus sit. de donat. propter nuptias, & dote defm. 4. mihi fol. 97.* Giurb. *obseru. 80. nu. 21.* Regens Marinis 2. *quotid. cap. 166. n. 45.* Confil. Staiban. 1. *resol. forens. cap. 3. n. 19. & lib. 2. cap. 152. nu. 30. & seq.* Reg. Capyc. *Latro distinguens tom. 2. consuli. 89. nu. 38.* ex quo in legibus Riparijs *tit. 39. de dotibus*, hæc legitur, *Siquis mulierem desponsauerit, quidquid ei per tabularum instrumentum conscripserit, perpetualliter in cõuentum permaneat*; memor est Annæus Robertus 1. *rerum iudic. cap. 15. & 1010 cap. 2.* & Apuleius. *Tabularum nuptialium maneat perpetua auctoritas, & inconcussa fides. 2. Apolog. Pariter si læderet dotis interuluriû.* 14 Molina *de ritu nupt. lib. 3. in pralud. nu. 31.* aut eius augmentum, vel fructus; sicuti plurimis prosequitur, Staiban. *d. cap. 152. nu. 47. & seq.* Esopotissimum ratione, quia maiores expensas matrimonialis requirit benatus, Nicolaus Bers *de pactis famili. fol. 199.* Scipio Ammiratus *lib. 3. differat. politic. cap. 8.* Caspar Cloclè *de Erario lib. 2. cap. 43. n. 4. mihi fol. 389.* Multo magis hoc tempore, quo infelices mariti obsequentes ambitioni vxorum, plus expendunt in ornamentis, quâ recipiunt pro earum dote, vt cõquæritur Iulius Clarus, *S. donatio q. 10. num. 3.* Ita conuentiones has destruentes donationes (quæ tam respectu viri, quam vxoris onerolæ dicuntur, Anton. Faber *de error. pragmat. leg. ad. 41. error. 3. nu. 3.* ex multis Cutellas *d. tract. discurs. 3. parte 2. nu. 25. & tract. 2. discurs. 1. special. 16. nu. 10.* Petrus Sanz *de dotal. bonor. lib. 4. cap. 13. n. 4. fol. mihi 514.* Regens de Ponte *de potest. Prærogis. sit. de assensu Regio super dotibus S. 2. nu. 22.* Regens Capyc. *Latro decis. 40. nu. 12.*) nulla debent stabilitate subsistere, nec vllum vxori, atq; venturæ potest.

steritati præiudicium generare, *Cum id, quod munus fuerat, incipit esse iam debitum*, lanxit Cæsar in l. i. c. Theod. de bonis decurion. affatim Reg. Merlin. post alios. d. cap. 34. num. 2. & 28. Hermosill. ad Gregor. Lopez lib. 3. tit. 4. glos. 1. num. 28. parte 5. Bottilier. d. theorem. 105. n. 31. Giurba obseru. 38. num. 16. latè Andreol. 2. controu. cap. 127. Hodiern. ad Surd. decis. 322. num. 30. Tondutus 2. controu. Civil. cap. 102. n. 10. & 168. n. 15. Ioseph. Mele addit. ad Girxarel. decis. 22. num. 1. seq. qui firmiter diuulgarūt, quod quidquid contra præfatas donationes actū fuerit, rarum haberi ratio nulla permittit. Iniquum enim esset, teste Roberto nuper adducto, nunc demū contractis nuptijs, legitima successio- nis expectatione priuari eos ac de-
 17 *cipi; cum secundum Papiniani respo- sum, meritis magis filios ad paterna obsequia promovendos, quam pactioibus adstringendos l. si quando. S. i. c. de inoffic. testam.*

Ad hæc. Nulla iuris ratio, aut æ-
 18 *quitatis benignitas patitur, patres dotantes, vel alios consanguinitate deuinctos, qui proprium patrimonio eneruantes, pinguiore læpè dores huius donationis intuitu assignant puellis, his retrocessionibus decipi atq; circumueniri, Præses de Frächis decis. 205. P. Molfesius conf. 11. num. 4. & 6. Fontanell. claus. 4. glos. 1. num. 9. benè Cutell. ibid. tract. 2. discurs. 1. special. 9. num. 10. omninò Gratian. 5. forens. cap. 984. num. 24. Andreol. 2. controu. cap. 155. num. 9. Hodiern. ad Surd. d. decis. 322. num. 30. & 32. Regens Capic. Latro tom. 1. consuls. 54. n. 40. Si enim illi in cōtractus exordijs de retrodonationibus faciēdis fuissent admoniti, utiq; renuisēt puellas huiusmodi copulari, arg. text. l. purè, ex illa decidendi ratione, Non ducturus uxorem, nisi do-*

*rem recepisset, ff. de doli excepti. l. Bar-
 barinus. ibi Sed & si sciisset ff. de officio
 Præsidis, firmant Menoch. lib. 4. pra-
 sumpt. 2. num. 18. Adrianus Negulant.
 in sylua respons. cap. 518. num. 11. Cal-
 das Pereyra conf. 20. num. 4. Honded.
 conf. 97. num. 24. vol. 1. Fontan. claus. 5.
 glos. 8. parte 3. num. 7. & claus. 10. glos.
 unic. n. 52. Theodorus Reinkinck de
 regimine seculari lib. 1. class. 1. cap. 5.
 num. 85. Gratian. 5. forens. cap. 815. num.
 16. notabiliter Reg. Merlin. d. cap.
 34. n. 3. Tondut. loco laud. cap. 168. num.
 14. ex alijs Bottilier. d. tract. de suc-
 cess. ab incest. theorem. 6. num. 20. & 21.
 Alfonsus de Olea de cess. iurium tit.
 2. q. 2. num. 11. Quæ fraus indignior ex-
 cogitari secreta subtilitate potest (in-
 quit disertissimus Annæus Rober-
 tus) quam siliceret ab ipso adolescen-
 19 *to, qui amore captus sit contrarias pa-
 ctiones stipulari, sollempnesq; ad eā-
 bulas abrogare, & dotalis instrumenti
 fidem destruere? Hæ sunt fraudes olim
 rara, nunc frequentes, quibus obuiam
 iri Senatus necesse existimatis, lib. 1.
 rerū iudic. cap. 2. Hinc omni lege de-
 cantata sententia. Fraudibus obuian-
 dum. Tullius naturali iure fretus di-
 cebat, Nil esse à natura alienius, quā
 fraus, & dolus in negotijs contrahendis
 3. offic. In diuinis Apostolus; Nequias
 supergrediatur, neq; circumuenias in
 negotio, fratrem suum, quoniam vin-
 dex est Dominus ad Thessol. 4. & Vl-
 pianus Prætoris edicto, aduersus
 varios, & dolosos, qui alijs obfuerunt
 calliditate subuenit; ne illis malicia
 sua lucrosa, istis verò simplicitas sit dā-
 nosa, l. 1. ff. de dolo malo, probant Me-
 noch. Couarr. Tiraq. Angel. apud
 Barbol. in principijs Iuris v. Fraus, &
 v. Delictis latè Giurb. obseru. 9. n. 8. &
 seq. Consiliar. Pratus 2. forens. cap. 1.
 n. 48. & cap. 21. num. 44. ex Tullio, &
 Gellio Io: Corafius lib. 4. miscell.
 cap. 19. & nos in PETITORIO part. 3:**

Cum

Cum igitur (concludit Cæsar) in arbitrio cuiuscumq; sit hoc facere quod instituit, oportet eum vel minimè ad hoc proflire, vel cum ad hoc venire properauerit, non quibusdã cogitatis artibus suum propositum defraudare, tantamq; in deuotionem quibusdã, quasi legitimis velamentis protegere, in l. si quis argentum. S. si autem C. de donat. refert Cutell. d. tract. 2. discurs. 1. special. 32. nu. 12. Giurba alios laudans decis. 85. m. 13. Intolerandum, nimis execrabile, non ferendum, cum dotis fructus vix sufficiant ad onera sustinenda, cap. salubriter de usuris, aduentitijs matrimonium cumulare ponderibus, quod, sicuti quotidiana docet experientia, nimia asperitate premitur, & aduersis casibus prægrauatur, Io: Chriostom. de Virginit. mihi fol. 46. & seqq. Vgo de Sancto Victore in libello ad socium volentem nubere, Franciscus Petrarca dialog. 70. de oris filiorum, Michael Metina lib. 1. de sacrorum hominum continentia cap. 51. Homobon. de statibus vitæ humanæ par. 2. cap. 19. mihi fol. 659. ex nostris Annæus Robertus lib. 2. rerum indic. cap. 14. in princip. Fontan. claus. 6. glos. 2. parte 2. nu. 26. Postius 1. resol. civil. cap. 77. num. 19. & nos cumulatius in IVRIDICIS LVCVBRATIONIBVS lucub. 30. & per catholica, politicaq; monita in nostro MVSÆO parte. 1. in Norma CONIVGATORVM axiom. 3. Unde versus.

21 Qui ducit coniugem, se nimis onerat,
 A cuius onere mors sola liberat,
 Vir seruit coniugi, & uxor imperat,
 Sic seruus factus est, qui liber fuerat.
 Qui ducit uxorem, ad iugum ducitur,
 Et panam fugiens, ad panã trahitur,
 Uxorem capiens plus ille capitur,
 Nã semper seruiens, seruus efficitur.
 Uxorem capiens, hic mortem accipit,
 Dum putas vincere, iam mori incipit,

Viuendi tadium in mente concipit,
 Sed ea mortua, vir vitam recipit.
 Qui est sub coniuge, sub iugo premitur,
 Et mori cupiens, languere cogitur,
 Hic dolor maximus, & pama dicitur
 Verubus ardeat, qui non consumitur.
 Quid dicam breuiter esse coniugium?
 Nil præter Tartarũ, vel Purgatoriũ?
 Non est in Tartaro quies, vel ociũ,
 Nec dolor coniugis habet remediũ.
 Quis posset coniugis ferro molestias?
 Labores varios, & contumelias?
 Labor & tadium restant post nuptias,
 Uxorem igitur cecũ mortem fugias.
 Nulli itaq; videtur ambigũ, (vt amoto quæramus serua ludo) consanguineos sponsæ nunquam matrimonium probaturos, nisi hæc donatio præcessisset, & quamuis legatur in Instrumento (ex errore Tabellionis potius) ratiõne matrimonij contracti largitam, ante tamen contractas nuptias firmatam fuisse donationem irreuocabiliter inter partes, multorum claruit testimonio, quorum fides in actis exhibitæ non sunt in dubium reuocandæ. Et si enim ius ita comparatum est, vt fides nõ faciat fidẽ, propterea quod testibus, nõ testimonijs creditur, sæpè tamen hoc iure utimur, vt fidibus fides adhibeatur, id quod maximè locũ obtinet in præsentia. Primò, quia pars postquam notitiam habuit, cõtra fides nihil opposuit, & Iudex ad senentia profluit, ex traditis à Marescot. 1. var. cap. 81. num. 9. Deindè, quia tres sacerdotes, totidemq; laici vitæ integritate conspicui, qui interfuere tractatui (ex quibus nemo donatario agnationis vinculis alligatus, vel cognationis nexu deuinctus) se subscripserunt, ad pulcherrimum Deciani cons. 51. nu. 101. lib. 2. de quo Gratian. 4. fores. cap. 677. nu. 14. & 15. Marta vos. 58. m. 1. Thorus parte 1. Compend. decis. Curie Archiepiscop.

piscop. v. fides. optimè Rota apud Po-
 stium *post tract. de manut. decis. 97. n.*
 4. Tandem, quia ad maniculis fulgi-
 untur, *ad decis. Durat. 306.* de qua
 Andreol. 2. *contron. cap. 147. num. 13.*
 Rota *ibid. num. 3.* quorum præcipuū ex
 retrodonationis narratiua depro-
 mitur, in qua legitur, donatorē ra-
 tione matrimonij contrahendi do-
 natario donauisse. Verū, ne potuis-
 set ulterius quid dubitationis emer-
 gere, aut amplius pars aduersa vela-
 men excusationis assumere, curauit
 mus ex delegatione M. C. Vicariæ,
 in qua iudicium olim agitabatur,
 hos testes, & alios fide dignos lega-
 liter fuisse receptos, & diligenter exa-
 minatos, vt ex eorum dictis pleni-
 us lumen prodeat, quo nostrum
 cōsultum perspicuo veritatis nitore
 clarescat.

24 Non itaq; reuocandum in dubiū,
 quin ibi aliud fuerit à cōtrahentibus
 dictum, aliud à Notario scriptum;
 Cumq; in instrumento nunquam vi-
 deatur posita contractus substantia,
 sed eius dūtaxat probatio, *Cum res*
 (inquit Cæsar) *nō instrumentis gerā-
 tur, sed in hac rei gesta testimonium*
conferatur, l. cum res 12. C. de probat.
et l. cum instrumentis 10. C. de fide in-
strum. Castrenf. *conf. 75. num. 2. lib. 2.*
 Alexand. *conf. 170. num. 2. lib. 7.* De-
 cius *conf. 17. num. 3.* latè Surdus *conf.*
 80. *num. 29.* & *decis. 246. num. 19.* vn-
 dè in nostrorum broccardico, ali-
 ud instrumentum, aliud est contra-
 ctus, Mascard. *de probat. cōclus. 1263.*
 n. 21. Surd. *d. decis. 246. n. 18.* Duard.
ad consil. Pij V. S. 2. q. 3. num. 12. Leo-
 tard. *de usuris q. 58. num. 17.* Capibl.
de Baronibus pragm. 1. num. 349. sicu-
 ti aliud continens aliud contentum.
 DD. in *l. seruum S. cum qui chirogra-*
phum ff. de legatis 1. Surd. *decis. 277.*
 25 nec vitiatō instrumento vitiatō cō-
 tractus, cuius tenor potest aliundè

probari, Fontan. *claus. 1. n. 5. et claus.*
 6. *glos. 3. parte. 7. n. 66.* & *seq.* Crasus
de except. except. 20. n. 30. & *except.*
 29. *num. 20.* P. Molfesius *tom. 2. parte*
 10. *soia q. 7.* Regens Rouitus *conf. 90.*
num. 1. vol. 1. Gaitus *de credito cap. 3.*
tit. 1. num. 835. & *seqq.* His ergo fit
 consequens, ex imperfecta scriptura
 posse perfectum esse contractum, vt
 potè ex diuersis nulla fiat illatō, op-
 timè Leotardus *d. q. 58. n. 17. in fine.*

Famulatur prædictis nulli patens 26
 discrimini firmissima iuris regula,
 qua dicimus donationem ad matri-
 monium fuisse correspectiuam, ita
 vt ipsa & matrimonium, cum alte-
 rum respectu alterius sit confectum,
 correspectiui nuncupantur contra-
 ctus, in punctis Menoch. *conf. 723. n.*
 14. Gratian. 4. *forens. cap. 624. num. 12.*
 & *lib. 3. cap. 924.* Theodorus Rein-
 kinck *d. tract. lib. 1. class. 5. cap. 14. n.*
 14. Regens Capyc. *Latro 1. consulti.*
 46. *num. 2.* Consil. Staiban. 1. *resol.*
cap. 22. num. 6. Præfertim quia instru-
 mentum sæpè dictæ donationis ce-
 lebratum fuit eadem die, eodem in
 loco, & coram eisdem testibus, qui
 in matrimonij fuerunt conclusione
 præsentés, quæ sunt requisita corre-
 spectiuitatis, ex traditis à Menochio
lib. 6. presump. 12. num. 5. & 8. Costa
de facti. fronsia inspect. 8. num. 6. latè
 Giurb. *decis. 85. num. 18.* Gratian. 4.
forens. cap. 692. num. 42. & *lib. 5. cap.*
 897. *num. 2.* Regens Capyc. *Latro de-*
cis. 56. num. 13. & ipso quoq; confide-
 ratur, siuè vnus contractus post al-
 terum diem celebraretur; siuè post
 paucos dies, siuè varijs instrumentis,
 siuè inter diuersas personas, siue ha-
 berent causam separatam. Menoch.
 & Giurba locis adductis, quibus ad-
 stipulatur Cyriac. 3. *contron. soia cap.*
 535. Consiliar. Pratus 2. *discept. cap.*
 42. Regens Capyc. *Latro 1. consulti.*
 54. *num. 34.* & *seq. et d. decis. 56. n. 13.*

E

At-

Atqui cōtractus correspectiui, cum vnus insit in alterum, Giurba *loco cit.* n. 18. Gratian. *cap.* 624. n. 12. & 853. n. 33. non debent diuerso iure cense-ri, Giurba *ibidem num.* 19. & 20. Gra-rian. *cap.* 627. n. 21. & 22. 960. n. 16. & 924. n. 2. quia vnicus reputantur contractus, Gratian *d. cap.* 692. n. 38. 717. n. 14. & 759. n. 10. Giurba, Cap-yc. Latro cum alijs supra laudatis nouissimè Consiliar Pratus 3. *discep- pt. cap.* 30. n. 15. & *seq.* His ergo finiti- mum, sicuti matrimonium solui non potest, neq; fieri ne sit contractū, pa- riter hæc donatio, Præses de Fräch. *d. decis.* 205. n. 3. Giurba *obseru.* 38. n. 16. Etenim ea obligatio, quæ in- strumento donationis inspicitur, ita donantis voluntatem perpetuo ob- seruantiæ nexu deuinxit, vt exindè cōtraria voluntate donata alteri in testamēto relinqui nō poterāt; quia

28 fecūdū D. Valeriani respōsum, *Tandiu iuris tui est patrimonium tuum, quandiu chirographi fide alteri non fuerit obligatum. Nam omnis oblatis muneris gratia perit, ubi causa repeti- tionis incumbit; & nil votis suis præ- stiterit, cui necesse est inuito reddere quod promisit, humil.* 4. *de promissis nō redditis mihi fol.* 6. & probāt Castrès. Paris. Roland. Cephal. Ruinus Ca- ualcan. & cæteri apud Giurb. *obseru.* 43. n. 4. Celsius Hugo *conf.* 53. n. 2. & 58. n. 6. Ioseph. Ludouicus *decis. Pe- rus.* 29. n. 25. & 47. n. 9. Ludouicus Peguera *decis. crim.* 48. n. 8. Viuius *decis.* 421. n. 10. Rota apud Postium *d. decis.* 58. n. 19. Bottilier. *d. theorem.* 105. n. 31 Eucleati siquidem Iuris est, in re aliena non posse quenquam hæredem institui, Crauet. *conf.* 19. n. 13. Valquez *de success. creatione tom.* 1. tit. 2. §. 17. *requisit.* 26. Surd. *decis.* 93. n. 30. Gaill. 2. *obseru.* 137. n. 1. Dauth *de testam. num.* 268. Regnerus Sixtinus *conf. Marpurg.* 19. n. 27. vol. 2. nam

29

cum institutione hæreditas tribua- tur, illa debet esse Ius defuncti, non alienum, aut restitutioni obnoxium, *l. hæreditas 67. ff. de regul. Iuris l. nihil. 24. ff. de verbor. signif.* Velemb. *in qua- rralisis de hæredibus instituendis n.* 5. Philippus Matthæus *conf. Marpurg.* 20. n. 43. vol. 1. Acosta *de priuil. cre- dit. regul.* 1. *ampl.* 4. n. 2. Iocet meus *aliere.* 44. n. 26. & 27. & nos in POS- SESSORIO p. 2. n. 10. Excultè Cassio- dorus. *Quid prodest si quispiã videtur idoneus, & fieri non potest à contractis nexibus absolutus? Egenti similis est, qui reddere nequit alienum, nec dici potest proprium, quod liberare dominū non valet additum, lib. 7 var. epist.* 47. *mibi fol.* 263. commendat Salga- da *in Labyrintho credit. par.* 1. *cap.* 24. n. 117. Quò pertinet illud Seneca, *Latè possidet, sed multum debet: ha- bet domū formosam, sed nummis alie- nis paratam: familiam nemo eius spe- ciosorem producit, sed nominibus non respondet: si creditoribus solueris, nil illi supereris, relatus à Gothofredo in locis aureorum eiusdem in Iuridicis sit. de rebus creditis mihi fol.* 32.

Conuertitur hæc nostra senten- tia, quia donatio hæpedita facta fu- it contemplatione certi matrimonij cum determinata persona deindè contracti, vnde dicenda eiusdem causa finalis, non impulsua, Gizzar. *decis.* 22. n. 14. Fabius de Anna *conf.* 78. Castill. *decis.* 106. n. 6. Gratian. 5. *forens. cap.* 924. & 984. n. 24. Ho- diern. ad Surd. *decis.* 322. n. 11. Cy- riac. 2. *controu. cap.* 270. Molfes. *ad- dis. ad conf.* 9. n. 8. Andreol. 2. *con- trou. cap.* 155. Thorus *part.* 2. *Compen- dij v. Donatio contemplat. matrim.* Tô- dur. 2. *resol. civil. cap.* 368. n. 5. Regens Merkin. *d. cap.* 34. n. 7. Euidētissimi siquidem iuris est, quod vbi certum est matrimonium, semper causa fi- nalis appellaretur donatio, Tho-

rus *vol. 29. n. 45. tom. 1.* Præles Amatus *conf. 68. n. 32.* Gratian. *d. cap. 924. num. 30.* ex innumeris Andreol. *d. c. 155. nu. 8.* Tondutus *quo supra* Bottillier. *theorem. 104. n. 6.* Consiliar Stab. *1. forens. cap. 22. n. 27. & lib. 2. cap. 161. n. 54.* laxiori calamo Consiliarius Pratus post hæc scripta perlectus *3. forens. 1010 cap. 30.* qui firmiter defenlarunt, filios hoc in casu, explosa aduersariorum sententia, vti filios, & ex propria persona succedere. Atqui donatio causam finalem respiciens, efficitur ipso iure irrevocabilis, P. Molfesius *parte 4. q. 25. n. 7.* Regens Capyc. Latro *1. consult. 46.* Regens de Ponte *de potestate Præregis iii. de assensu super dotibus. §. 2. num. 21.* Menoch. *d. conf. 723 nu. 22.* Fabius de Anna orè Menochij *conf. 139. num. 18. vol. 2.* Rota apud Tondutum *1. resol. Civil post cap. 55. decis. 2. vers. Nec obstat quod donatio fol. 127. & decis. seq. verb. Et licet in donatione certi matrimonij fol. 128.* Giurba *d. observat. 38. nu. 16.* Fontan. *claus. 4. glos. 28. n. 6.* Molfes. *d. conf. 11. n. 3. 19. & 22.* Gratian. *d. cap. 984. nu. 22. & 1010. cap. 924.* Tondutus *2. resol. Civil. cap. 102. n. 10.* Amatus Thorus Andreol. *locis adductis.* Horat. Persius *conf. Civil. 23. nu. 5.* affluentiſſimè Pratus *d. cap. 30.* vbi pulcherrimam adducit Rotæ decisionem, congruunt notata à Nonio Acotta *de prinit. credi. regul. 1. ampl. 9. nu. 9.* Nec eget insinuatione, Fontan. *d. claus. 4. 1012. glos. 29.* Cutell. *tract. 1. discurs. 3. parte 6. & special. 4.* Monter. *decis. 10. nu. 7.* Giurba *d. observat. 38. n. 12.* Andreol. *d. cap. 155. n. 4.* Et quod præstantius in ea est locus evictioni, siuè à promissione, siuè à traditione inciperet, ex alijs Fontan. *claus. 4. glos. 8. parte 14. n. 23.* etiam si evictio promissa non esset, Regens Capyc. Latro *decis. 40. n. 16.* (quocircà donantis hæres nõ

potest effugere subrogationem aliorum bonorum in defectu donatorum non existentium, vti in alijs donationibus onerosis. Præsul Maranta *1. respons. 33. n. 10. seqq.* Bottillier. *de success. ab intest. theorem. 70. nu. 21.*) His ergò fit consequens, retrodonationem vti legibus interdictam, viribus non subsistere, cum pariliter iudicetur actum non absoluerè, & inuolidum facere, Gratian. *4. forens. cap. 699. n. 2.* ex alijs Barboſ. *in principijs iuris v. actus. n. 39.* ideoq; ad interesse nõ adstringitur donatarius, ea ratione quia vbi contractus est nullus nullam potest parere actionem ad interesse, *l. licet §. ea obligatio ff. de procurat. omninò* P. Molfes. *conf. 38. nu. 36. & seq.*

Et quod maioris est ponderis, quia controuersa donatio, ne dum donatario facta fuit, quam liberis ex matrimonio procreandis, pariter interesse tangit vxoris, Regens de Ponte *supra laud. n. 20. & seqq.* Andreol. *2. controu. cap. 127. nu. 4.* ex quo eloquentissimus Faber ait, *Huiusmodi donationis commodum non ei tantum persona acquiritur, cui donatum est, sed coniugi quoq; & liberis ex eo matrimonio nascituris, quorum etiam omnium rationem haberi æquum est, in C. lib. 8. tit. 36. de donat. defi. 1.* Quarè nequibat contempto iustitiæ tramite donatarius eam inconsultis ipsis, quorum intererat, retrocedere, quia *Certissimum est, ex alterius contractu neminem obligari, l. 3. C. ne vxor pro marito. in punctis Natta conf. 609. n. 41.* Præles de Franchis *d. decis. 205.* Fabius de Anna *d. conf. 139. n. 18.* Iulius Clarus *§. donatio q. 10.* P. Molfesius *d. conf. 11. nu. 1. & 7.* latè Gratian. *d. cap. 924. nu. 33.* Tondutus *d. cap. 102. n. 10.* Pratus *d. c. 30. n. 11. & per totum omninò* Rota apud Rubeum *in nouissimis tom. 6. decis. 127. per totã pot.*

tissimum inaudita vxore, Regens
 Rouit. *conf.* 15. n. 8. *lib.* 2. & *in pragm.*
 1. num. 167. *de abusu titul.* Regens
 Merlin. *d. cap.* 34. num. 8. in illis verbis
Consensus uxoris omnimodò requiren-
das est. & num. 36. Hodierna ad Surd.
d. decis. 322. num. 29. & 30. Staiban. 1.
resol. cap. 3. n. 12. Pratus *d. cap.* 30. num.
 38 12. Cum enim vxor in hac donatio-
 ne non secundariò, vel consecuriuè
 (vt plurimi grauius lapsi perperam
 autumarunt) sed principaliter sit
 contemplata, Gratian. *d. cap.* 924. n.
 36. Marcell. Marcian. *conf.* 33. num. 4.
 Regens Merlin. *d. cap.* 34. num. 36. &
cap. 60. num. 5. Pratus *quò supra*, cuius
 interest habere virum locupletem,
 pro oneribus matrimonij substinē-
 dis, Fontan. *claus.* 5. *glos.* 1. *parte* 1. In-
 iustum videretur & impium, si illa
 taliter remaneret decepra, & hac
 donatorum dilapidatione delusa,
 Gratian. *d. cap.* 924. num. 34. cum alijs
 supra traditis. *Non enim aequum est*
 (inquit Cæsar) *quem videre egētem,*
quem prius habuit in coniugem, vel
amicum, cap. 1. de uasis fendor. Regens
 39 Tappia *decis.* 16. n. 53. Nec rationes
 sunt in obscuro, etenim quod no-
 strū est, sine facto nostro nequit au-
 ferri, *id quod nostrum ubi DD. ff. de*
regul. iuris. Natr. Menoch. & Molfes.
locis adductis. Et quod omnes tan-
 git, debet ab omnibus approbari, *l.*
fin. C. de auctor. prestand. cap. quod om-
nes. de regul. iuris in 6. cap. accedentes.
S. volentes. de prescrip. san. 1. dist. 66.
 præsertim quia ius tangit singulos
 ut singulos, ad vulgatam *decis.* de
 Franchis 2. Gratiā. *decis.* 169. num. 3.
 Gaill. *de pignor. obseru.* 20. n. 2. & seqq.
 vnde Faber, *Quod maiori parti domi-*
norum placuit, alijs nocere non potest,
quorum interest ut singularum, in C.
lib. 3. tit. 26. de fin. 5. Maltrill. *de magi-*
strat. lib. 5. cap. 15. num. 21. Theodorus
 Beinkinck *de Regimine lib. 5. class. 5.*

cap. 8. n. 71. Ex quo naturalis simul
 & ciuilis emanat ratio, qua dicimus
 alienam cōditionem meliorem qui-
 dem etiam ignorantis, & iuxta nos
 fecere posse, deteriorē verò nequa-
 quam *l. saluendo. ff. de negotijs gestis*
l. soluere. ff. de solut. h. sup. ff. de re iudi-
cata l. 10. C. de procurat. l. factum. vbi
 latè Petrus Faber *ff. de regul. iuris,*
 Sequitur ergò, nullam fuisse retro-
 40 donationem, ex qua ne dum vxori,
 quam filijs & si non consentibus, vel
 cōsentientibus irreparabile infligi-
 tur præiudicium, cum in eorum de-
 trimentum nec minima quoq; pars
 poterit retrocedi, Fontan. *claus.* 4.
glos. 1. n. 71. Maltrill. *decis.* 211. n. 4.
 videndus Gratian. *d. cap.* 924. num. 33.
 & 37. ex alijs Merlin. *d. cap.* 34. num.
 8. Bottilier. *theorem.* 105. num. 31. Nā
 secundum Summum Pontificem, *ita*
promouiat commodum, quod alijs non
imminuat detrimentum, cap. sedes ex-
tra de concess. prebend. Quicquid esset
 41 si retrocederetur fructus, qui super-
 sunt pro oneribus matrimonij, quo-
 niam de illis, sicuti de fructibus do-
 tis, est valida retrocessio, Regens Ca-
 pyc. *Latro. 1. consult.* 54. n. 42. & seqq.

Demum pro retrodonationis in-
 42 ualiditate perpendimus, quod illa,
 causa impellente nulla, oborta fuit
 post trium mensium à die celebratæ
 donationis excursum, vnde nō spō-
 tanea iudicio, sed coactio donatoris
 imperio, ideoq; dolo & metu extor-
 ta præsumitur, & ut loquitur Augu-
 stinus, *habendo potius quam decendo,*
minando quam monando, apud Lyp-
 sium 4. *politie cap. 4. mibi fol.* 129. Id-
 què facile in lucem emerget, si in-
 medium aduocemus nullam causā
 retrocedendi bona donata, atque
 præambulā donatorij retentiam
 ipsi donanti semper exhibitam, cui
 ita debite obseruantia præstabit
 obsequium, vt necdum uti patrum,

verum illum venerabatur vt patre,
 ad text. in l. vello ff. de regul. iuris l. 1.
 S. qua omeranda ff. quarum rerum actio
 desur l. penult. ff. de furtis de quo la-
 tius Petrus Loriotus in lib. de Iuris
 apicibus tit. de regulis iuris l. 4. mibi f.
 526. & seqq. ex alijs Bottilier. in sape-
 dicto tract. theor. 91. num. 1. & 12. Et
 sic potuit reuera contingere, quod
 43 donans ad extorquendam retrodo-
 nationem primo donatarium sedu-
 cendo pellexit: deinde frustratus
 precibus reluctansem ipsum grauif-
 simo metu, qui poterat & debebat
 cadere in constantem virum, perter-
 ruit: ad hæc, oculis animoque vio-
 lentiam, quam multiplicatis vici-
 bus repererat, inuexit: ita demum
 negotium texit, callidè struxit, &
 artificio mirè composuit, vt obse-
 quētissimus nepos, cum eius nequi-
 ret proposito reluctari (sæpè enim
 vt est apud Marcial. lib. 2. Res est im-
 periosa timor) vt inter eos pacis vi-
 geret tranquillitas, incalcesceret cõ-
 cordiæ vntas, & animorum identita-
 tas perseveraret, pariter vt caueret à
 duris, illi tandem bona donata re-
 44 trodonauit. O feruens ardor habē-
 di, qui nescis intra fines continen-
 tiæ contineri! Tu abstinere non va-
 lens à vetidis, nec gaudere debito
 modo concessis, sæpè excitas offi-
 cium Iudicis ad tuam audaciam
 comprimendam, ad text. in cap. de
 sebanda. de concess. prebend. in 6. Va-
 45 cat hoc tempore (libeat cum Fulgen-
 tio proclamare) potentibus opprime-
 re: primoribus rapere: priuatis perde-
 re: miseris flere, apud Hering. de fi-
 detiuss. cap. 8. num. 134. nec mirum, dū
 hac tempestate adeò naturale incre-
 ditum vitium, vt quispiam se nihil ha-
 bere, qui non totum habeat, arbitretur
 ad textum in l. 2. C. Theodos. de bo-
 nis decurion. de quo nos copiose in
 nostro MVSARQ. part. 2. in Norma

PRAESVLVM axiom. 30. & in ZO-
 DIACO, TRAGICO in simulacro ARI-
 ETIS. Quæ reuerentia cū enormis-
 46 sima læsione conglomerata (dum
 enim donatum donanti retrocedi-
 tur, semper enormissimā læsionem
 inesse probatur; ex multis docuit
 Thorus pers. 2. Cõpen. v. Donatio fa-
 cta à viro uxori. vers. Quinque & vlti-
 mo) contractum, etiam nullis præ-
 cedentibus minis, reddit inualidum,
 Thorus ibid. & in alleg. unica post Vo-
 ra decisiva tom. 1. per itam, pariter si
 esset cõiuncta cum precibus impor-
 tunis, vt plenius & platius infra di-
 cemus.

Vt autem hoc cum latius agno-
 scamus (Longius nos impetus euehit
 prouocante materia, vt loquamur cū
 Romano Philosopho 1. de benef. cap.
 10.) illa iuris præsumptione valla-
 47 bitus. Ratio recta nõ paritur, mor-
 tales ita supinos, vt iuri suo in sui de-
 trimentum spõte renunciet, ad text.
 in l. cum de indebito ff. de probat. l. fili-
 us familias cum similibus. ff. de donat.
 Tiraq. in l. si unquam v. donatione Lar-
 gius n. 206. Annæus Robertus 1. re-
 rum iudicat cap. 15. Mascard. de pro-
 bus. conclus. 992. n. 1. & conclus. 535.
 Menoch. lib. 5. presumps. 27. nu. 9. &
 de arbitr. cas. 88. Surdus de alimentis
 tit. 6. q. 1. n. 4. & seqq. optime Ceuall.
 comm. contra comm. q. 828. num. 247.
 Escobar de ratio cinij cap. 22. nu. 2.
 Gratian. 4. forens. cap. 740. n. 1. Fõtan.
 claus. 5. glos. 3. parte 3. num. 9. Castill.
 Sotomayor 5. quotid. cap. 89. n. 100.
 Barbol. in princ. iuris. V. Donare num.
 63. Caspar Clok de Arario lib. 2. cap.
 84. n. 95. Præses Amatus conf. 40. nu.
 23. Regens Capyc. Lacro decis. 98. n.
 10. omninò Consiliar. Pratus 2. di-
 sceps. cap. 5. num. 71. & seqq. Eadere
 Summus Pontifex in hæc verba re-
 scripsit. Nullam rationem hoc verissi-
 mile reddere, vt quisquis beneficium
 mul.

multis fortè expensis, & laboribus con-
quisitum, facile sine magna causa sua
spontè resignet, cap. super hoc; de re-
nunciis. primum hoc Peripateticus
docuit, cum ait, Neminem spontè suas
ejcere fortunas, Estic. 3. cap. 1. quan-
doquidem (si liceat uti verbis Bal-
di) Charitas ordinata se plus amat in
ungue pedis, quam aduersarum in ver-
tice capitis, cons. 312. col. 1. lib. 4. Bor-
chol. de feudis cap. 7. num. 41. Herman.
Vulceius de feudis cap. 10. lib. 1. num.
28. Alciatus 1. præsumpt. 52. Quoti-
diana enim docet experientia (quæ
dicitur veritatis lumen, & efficax re-
rum magistra, l. per hanc in fin. C. de
tempor. appell. cap. quamuis de elect. in
 48 *6.) neminem, nisi mentis amentis,*
velle se paupertate constringere,
immò potius diuitiarum copia di-
latare, Mascard. & alij apud Lan-
franch. Zacchiam de salario q. 76. nu.
50. Regens Capyc. Latro tom. 2. cen-
sult. 90. nu. 12. cum alijs nuper lau-
datis, & est reconditus textus in:
Præf. 6. C. de seruis, & aqua, vbi Sa-
tis durum, & crudelitatis proximum,
(statuit Cæsar) ex suis prædijs aqua
agmen ortum, sitientibus agris suis, ad
aliorum usum vicinorum iniuria præ-
pagari.

Propter distractas siquidem fa-
 cultates diuitiæ minuuntur, & digni-
 tates, in quibus consistit decus, splē-
 dorq; familiæ, prorsus vilescerent,
 l. 1. S. sed et si seruis. ff. de vetre insp. l. pietatis. C. de suspect. tutor. arg. l. 2. C. quando, & quibus quarta pars lib. 10. Decian. cons. 9. n. 4. vol. 3. Zasius cons. 3. num. 58. lib. 1. Menoch. cons. 126. num. 28. Fabius de Ann. cōf. 52. in fin. Riccius decis. 50. n. 4. lib. 3. Gratian. 5. forens. c. 924. num. 41. Hering. de fideiuss. cap. 1. n. 149. Regnerus Sixtinus cons. Marpurg. 11. num. 47. vol. 2. Herman. Vulceius lib. 1. feudorum cap. 8. n. 36. & cons. Marpurg. 25. num. 36. & seqq.

vol. 2. ex externis Xenophon. lib. 8. Cyropedia Vincentius Turturetus de nobil. Gensib. lib. 2. cap. 6. fol. 89. & 159. Melchior Iunius lib. 1. qq. politic. q. 17. fol. 154. insigniter Edo Nehusius in Teatro Ingenij humani lib. 2. cap. 16. de diuitiarum splendore & Reinerus filius in Tyrocinio eloquentia orat. 19. de commendatione diuitiarum Daniel Otto differt. de Iure publico c. 8. mihi fol. 162. Tiraq. de nobilit. cap. 25. n. 9. Annæus Robertus lib. 2. rerū Iudic. cap. 9. mihi fol. 419. Hinc Anæas Syluius deindè Pius. II. Pontif. Max. ait, Mundalis honor diuitijs sub-
 stentatur, quæ sunt fideiussores futuris necessitatibus, epist. 71. quia Romæ, testante Seneca, Senatorum gradus census ascendit, census equitem Romanum à plebe discentis, census in castris ordinem promouet, censu iudex in foro legitur, lib. 2. controu. 1. Vice versa Paupertas semper maledictio, probroq; est, contempta diuitibus, inuisa pauperibus, Senec. filius epist. 115. Annæus Robertus lib. 3. rerum Iudic. c. 2. Turturetus loco laudat. lib. 3. c. 7. fol. 159. & huc respexit Ouid. cum ait Curia pauperibus clausa est, dat cen-
 sus honores,

Inde gratis cēsus, inde fenerus Eques

Proprias ergò extendere facultates innatum præcipuè agnoscimus genitoribus, quorum tantus est erga genitos amor, vt nihil in eos turpiter, nil indecorè, sed iustè, vtiliterq; consilia pro eis capere censeatur, l. nam & si parentibus. ff. de inoffic. test. l. cum furiosus C. de Curat. furiosi. l. nec in ea ff. ad l. luliã de adult. Et hoc; Propter votum parentum, & naturalem erga filios charitatem, tonat in d. l. nã & si parentibus, illæ doctrinæ legalis thesaurus, & iuris asylum Papinianus (sic eum laudat Ælius Spartianus in Seneca, referente locupletissimo Tiraquello in Cōnubial. l. 2. num. 47.)

47.) Nam, ut author est Cassiodorus, Gratificanſe natura illis amplius debemus, qui nobis proximitate iunguntur. Cuius debemus communem gratiam, sed affectum filijs ſingularem, lib. 12. var. epiſt. 5. Hinc Vas
 50 illud Electionis, ut Parentes liberis rem congerere, & ſervare debeant, monuit 11. Corinth. 12. 14. & alter Princeps Apoſtolorum, Non debent filij theſaurizare parentibus, ſed parentes filijs, Petr. 5. can. predicator 16. q. 1. antea concinit Tullius, dū ait. Optime ſocietas hominum, coniunctioq; ſervabitur, ſi ut quiſq; erit coniunctiſſimus, ita in eum benignitatis plurimum conferatur 1. offic. cui Ambroſius, Eſt etiā illa probāda liberalitas, ut proximos ſeminis ſui nō deſpicias, lib. 1. offic. c. 30. notat Hugo Grotius de iure belli, & pacis, lib. 2. cap. 7. n. 19. fol. mihi 180. Et ne iuris noſtri videamur oblitī, Ratio naturalis (ſanxit acutiſſimi vir ingenij) quaſi lex tacita liberis parentum hereditateſ adijciat, in l. ſin. ff. de bonis damnat. & alibi, Non ſic parentibus liberorum, ut liberis parentū debetur hereditas; cum parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittat; liberos natura ſimul, & parentum commūne uocem, l. in ſcripto S. ſin. ff. unde liberi. Itaque Omnia, qua noſtra ſunt, liberis noſtris ex voto paremus, concludit Triphonius I. C. in l. nihil. ff. de bonis liberis. Quod mirè complexus eſt Io; Coraſius lib. 3. miſcell. cap. 16. n. 2. cum ait, Dedit natura homini non modo procreationem, ſed proliſ ſuſcepta educationem; hanc inclinationem habes homo cum alijs animā. tibus communem; Nam & bruta rationis expertia prolem alunt, fouent, tractant, ac tuentur, quauē ſunt ei nocitura, declinans. Illud tamen precipuum eſt homini, quod bruta ad ea omnia preſenti tantum neceſſitate ferantur, neq; futura proſpiciant: contra uerō

homo ſolers, cauſus, & ſapiens ea etiam qua uentura ſunt, prouidet. Quare nō ſolum ad educandum filium preſenti inclinatione ducitur, ſed ad eum quoq; tuendum, & in poſterum caſeruandum, prouidentiſſime commouetur. Seſe ideo deſatigans, ut qua ad ſublenandam hominum miſeriam neceſſaria ſunt, compares, qua non ſibi, ſed liberis ex uoto parat. haetenus ille, cui fauent Annæus Robertus 2. Rerum Indic. c. 9. in ſin. Myſing. cenſ. 4. obſeru. 25. Regner. Sixt. in, conſ. Marpurg. 9. nu. 93. & ſeq. uel. 2. Si quidē, ut Saluian. diſſeruit in epiſt. Affectus ipſe pro nobis orat, natura ipſa nobis poſtulat, ſuſſragia cauſarum in mentibus iudicum habemus.

51 Fatendum eſt ergo, in ſepediſta retrodonatione dolum, qui perſpicuis probatur indicijs l. 6. C. de dolo, & metum validos ad præfatam inuolidandos interceſſiſſe, quia, Veriſſimum eſt (inquit Tullius) odio fuiſſe parenti filium ſine cauſis multis, magnis & neceſſarijs, in orat. pro Roſcia Amer. cui Seneca, Pater niſi magna, & multa iniuria patientiā emictruit, niſi plus eſt quod timeat, quam quod damnet, nō facile accedit ad decretorij ſtylum, l. de clement. c. 14. Nam Charitas (ſubjungit idemmet Cicero) qua eſt inter natos, & parentes dimitti niſi deſtabili ſcelere nō poteſt, in Lal. In princ. Eleganter Ambroſius. Quid dulciſſimi parentur filij, ut paterno excludatur amore, cum ſi impiū mori nallē pro liberis? Quid uxor chariſſima quædam uita cohaere, & conſortium communis natura? Oderim ergo pignora charitatis? naturam interroga? Amare parentes liberos, lex natura eſt; maritos coniuges, lex diuina, qua coniugij charitatem in naturā uertit, in pſalm. 118. Crudeles ſanē parentes merito crederentur, ſi ſpontē filiorum, commodis inuiderent, quos ipſa iu-

ra (vt antè iam diximus) pro eorū
utilitate sollicitos, vigilesq; præsu-
munt, sicuti Maronis quoq; Musa
testatur,

Omnis in Ascenio cari stat cura parētis
probāt Alciat. *de presump. reg. 1. præ-*
sump. 2. num. 1. Menoch. *codem tract.*
lib. 4. præsumpt. 36. nu. 3. præsumpt. 54.
nu. 9. præsumpt. 81. n. 30. & lib. 6. præ-
sump. 56. n. 15. Zacchias de salario q.
51. n. 23.

Idq; præcipuè persuadent & RA-
TIO NATURALIS, ad text. in l. pro-
pter insidias, cum ibi notatis C. qui ac-
cusare nō possunt; & VERISIMILITV-
DO veritatis imago, Tirāq. in l. si un-
quam in præfat. nu. 38. Gratian. 4. fo-
renf. cap. 796. n. 26. Menoch. conf. 13.
n. 13. Valericus Zasius conf. 5. n. 39.
& seq. lib. 1. mihi fol. 21. Regnerus
Sixtin. conf. Marpurg. 7. n. 77. lib. 3. &
conf. 14. n. 2. lib. 2. Herman. Vultei-
us conf. Marpurg. 15. n. 153. lib. 1. Clock
d. cap. 84. num. 82. Regens Marinis 1.
quotid. cap. 191. nu. 20. & 22. Carol.
Bottilier. de success. ab intest. theorem.
106. num. 16. calus legis, secundum
Decian. conf. 109. n. 64. lib. 2. & conf.
100. nu. 24. Ipsaq; veritas, ex Olasco
decis. 168. nu. 10. Consiliar. Pratus 2.
forens. cap. 21. nu. 8. omninò Gratian.
5. forens. cap. 878. n. 16. & 873. nu. 13.
& nos in POSSESSORIO parte 1. n. 63.

53 Ratio siquidem naturalis verifimile
esse non patitur, genitores, qui filios
prosequuntur affectu propensiore, l. pe-
nult. §. Iulianus ff. quod falso tutor
autb. gest. velle se ipsos, suamque
prolem, *Vita oculū* ex Euripide, *spem*
parentis, memoriam nominis, subsidium
genētis, heredem familia ex Tullio,
proprijs facultatibus spoliare, in ter-
minis Baldus conf. 364. col. 1. in fin.
lib. 3. Crauetta alios congerēs conf.
49. n. 4. notabiliter Thorus d. parte 2.
v. *Donatio facta à viro* Zasius ubi su-
pra, ad materiam Tolofanus de Re-

publ. lib. 2. cap. 9. nu. 4. Tondutus 2. re-
fol. Civil. cap. 127. n. 19. Bottilier in d.
tract. theorem. 54. n. 4. *Quid enim tam*
durum, & tam inhumanū esset, quam
amissione rerum familiarium, & pau-
peratis detegi utilitatem, & invidia
patere dimittas? inquit Cæsar in l.
meminimus. C. quādo, & quibus quar-
ta pars lib. 10. Nemo (nisi rationis sit
alienus) sic propriam sobolem dili-
get, vt cum frui liceat opibus afflu-
entibus, iactura patrimonij sui solli-
citam redimat egestatem, Annæus
Robertus 2. rerum indic. cap. 9. in fin.

Hinc videmus ingentū esse mor-
talibus suam prole extraneis vbiq;
præferre, Bald. in cap. super eo de testi-
bus Mantic. de coniecturis lib. 6. tit.
11. n. 3. Menoch. conf. 462. n. 6. Pere-
grin. de fideicom. art. 25. n. 19. Marefc.
2. var. cap. 49. n. 21. Gratian. 4. forens.
cap. 648. n. 17. Viuius decis. 398. n. 13.
Fular. de substit. q. 490. n. 100. & 468.
n. 23. Zasius conf. 3. n. 45. Regens Ca-
pyc. Latro decis. 127. num. 20. & seq.
Regens Merlin. 2. controu. cap. 1. nu.
35. Regēs Marcian. 2. disput. cap. 87.
n. 38. & seq. alios dat Bottil. theorem.
54. n. 4. etiam si esset in vtero, quæ
cum habeatur ac si in rebus huma-
nis esset l. qui in vtero ff. de statu ho-
min. ex alijs Zacchias de salario q. 89.
n. 4. semper extraneis minusq; dile-
ctis præponitur, egregiè Surdus conf.
125. n. 16. lib. 1. Cephalus conf. 318.
num. 49. lib. 3. Cyriac. 1. controu. cap.
9. n. 16. Gratian. alios laudās d. cap.
648. num. 18. Aliter, quid aliud sine-
rent parentes, quā vt dulcissima so-
boles aurea Antisthenis virga à Mu-
farum adytis depellatur; mendica-
tæ eruditionis cauillo perstringatur
cum Zenone: stipem petat cū Dio-
gene: aquam nocturnis horis hauri-
riat cum Cleanthe: vecititer fabis
cum Telemacho: incedat nudis pe-
dibus cum Ilocrate; & sic illud grā-
de

de emergeret inconueniens, vt magis dilectus deterioris conditionis esset quam minus dilectus, quod nec sanguinis necessitudo suadet. l. pietatis C. de suspect. tutor. probat Joseph de Rusticis in repet. An & quando lib. 5. cap. 6. n. 22. Fular. de substit. q. 459. n. 4. 437. n. 89. Tondutus quo supra, Regens Capyc. Latro decis. 110. nu. 13. omnino Consiliar. Hodiern. 1. controu. cap. 32. n. 1.

56 Quod ergo stoliditatem saperet, & contra naturales stimulos esset l. amicissimos S. Lucius ff. de excus. tutor. l. nã posteritati subtrahere liberalitatis officium, & extraneis illud tradere, docet Rodericus Suarez alleg. 1. nu. 10. refert Menoch conf. 683. n. 16. vbi ait, Extraneis donare, & sanguine coniunctos priuare, magnã sapere dementiã, ad tex. in l. 2. ibi, sed nõ ex officio pietatis ff. de inoffic. testã. l. 4. ibi, contra sanguinem suum ff. eodem l. 2. ff. de recept. l. 1. ff. de bonis eorum qui ante sent. vulg. l. cum auus & l. cum acutissimi can. non satis 86. dist. can. non eximemus 139. 2. Menoch. lib. 6. presump. 45. n. 57. & toto conf. 1140. Mascard. d. conclus. 555. Ceuall. q. 828. nu. 249. & seq. Gratian. decis. 69. nu. 17. Fontanell. de pact. claus. 4. glos. 9. part. 4. nu. 130. Hieron. de Laurentijs decis. Auinion. 22. num. 8. Hering. de fideiuss. cap. 8. nu. 89. Anell. Amatus conf. 45. nu. 20. Instruente enim natura plus filios, quam nosmetipsos diligimus, tonat Latinus Pacatus Paneg. ad Theodos. Casarem mihi fol. 18. quia, vt ait Hieronim. Dulcior est parẽtibus filiorum vita, quam propria, refert Zasius quest. de iudais q. 1. mihi fol. 104. plenius Tiraq. in prefat. l. si vnquam n. 9. & seq. Annæus Robertus 2. rerum iudicat. cap. 13. Menoch. lib. 6. presump. 56. Pascal. de patria potest. part. 3. cap. 1. n. 2. & parte 4. cap. 8. nu. 3. Gratian. 1. foens. cap. 148. nu. 2. Bottil. in prin-

cip. n. 6. extente P. Cornel. à Lapide in Ecclesiastic. cap. 3. vers. 4. mihi fol. 143. col. 2. Magnum Theatrum vitæ humanæ nouiter editũ tom. 6. v. Parent. cap. parentum nimius, & noxius amor mihi fol. 20. & 21. Hinc harmonie Claudianus 3. Honor.

.. Nõ somnos genitor permisit inertes, Se noua per duros instruxit membra labores.

Errora seuu pati: granibus non cedere nimbis:

Æstrum tolerare iubar: transmare soiras

Torreum furias: adscensu vincere rones:

Planitiem cursu: & valles & concaua saltus,

In Gallia portare niues: &c.

de quo nos exactius in nostro MVSAEO parte 1. in norma PARENTVM axiom. 6.

59 Quæ ratio naturalis, qua nos impellimur (vt prædiximus) habere genitos & nobis ipsis, & chariores extraneis, tanquam rerum omnium rectissima arbitra, argum. text. in b. scire oportet S. consequens ff. de excus. tutor. can. frustra. 8. distinct. Angel. conf. 110. n. 5. recti consilij, rectiq; iudicij fons, & scaturigo Iustus Lypsius de constantia lib. 1. cap. 8. diuini splendoris radius, Contarminus de Republ. & magistr. Venetis lib. 1. diuiniq; luminis communicatio, Turaminus de legibus parte 3. c. 1. n. 3 Vitæ dux, Basilius Magnus 1. Hexam. qua errare non possumus, Tullius apud Turamin. ibid. cap. 1. n. 5. parte 3. qua sensibus normam præscribimus, Idẽ part. 1. cap. 4. num. 25. optimus legis clypeus Viuius decis. 358. norma iuris Ciuilis, idem Turã. d. cap. 4. n. 10. per quam sui imagine Deus ad nos, immò in nos venit, Lypsius vbi supr. Cum diuina prouidentia, S. penult. instit. de iure naturali, gent. & ciuil. ab

F ipsa

ipsa rerum natura prodierit, §. 1. 1. *is-*
stis. de rerum diuis. & quodammodo
 cordibus hominum insculpsit, Apo-
 60 stol. *ad Roman. 2. vers. 15.* deficient
 ciuili lege, ne dum optimè iudicet,
d. l. scire oportet §. sufficit Vinus d. le-
cif. Farinac. de indicijs q. 39. nu. 1. &
Surdus de alimentis tit. 9. q. 32. nu. 9.
 Frãsciscus de Petris *festiu. lectio. li.*
2. c. 1. 1. fol. 155. omninò Zafius *con-*
4. nu. 34. lib. 1. verù cæteris antefert
 probationibus, Regens Capyc. *Itro*
 61 *tom. 2. consult. 80. num. 11.* Imò
 quoties lureconsulti quid exactum
 sumunt probandù, frequenter na-
 tura argumenta deducunt, vt in *finè*
impensia 45. ff. de usufructu l. ibi au-
tem 75. §. illud dubitationem ff. de
verb. obligat. l. 1. §. si id quod, ibi, Palam
est naturali ratione ff. de act. & obligat.
 optimè Tiraq. *in tract. cessante causa*
limit. 1. n. 67. & seq. Hartman, Pistor
q. 15. nu. 34. & q. 32. num. 29. Ex quo
 Baldus *in l. testium v. 24. C. de testibus*
 scriptum reliquit, *Meliorẽ testem*
quam naturam nos habere non posse,
qua mentiri nõ nouit, referunt Matte-
 acius *de via, & ratione iuris lib. 2.*
cap. 10. n. 20. Hering. *de fideiusso. cap.*
5. n. 357. & seq. ad stipulatur Confil.
 Carleual. *de iudicij tom. 2. tit. 3. di-*
 62 *spnt. 34. n. 2.* Taliter quod sicuti ius
 naturale fons est iuris Ciuili, ita ius
 ciuile est riuiulus naturalis, Theo-
 dor. Peinkinck *de regimine seculari*
lib. 2. class. 2. cap. 4. nu. 4. mihi fol. 394.
 Tuamin. *d. tract. de legibus part. 1. c.*
4. n. 10. & c. 3. n. 27.
 Si igitur hæc se habent huiusmo-
 di, omninò ad cõsequentiã est tra-
 hendum, retrodonationem nõ pro-
 priæ voluntatis arbitrio, dum nulla
 intercessit causa legitima reuocan-
 di, sed vel meru obtentam, ideoq;
 63 nullã, aut ad irritum reuocandam,
 Anna genitor *allegat. 114. n. 2.* Anna
 genitus. *conf. 73. num. 16.* Viscont. *v.*

Metus Noguero. alleg. 29. nu. 13. 62.
& 63. Sabellius var. resol. cap. 70. Re-
 gens Capyc. *Latro lib. 2. consult. 54.*
& decis. 138. Confil. Hodiern. *1. con-*
trou. cap. 1. §. ex alijs Bottillier. de suc-
cess. ab intest. theorem. 86. nu. 1. & theo-
rem. seqq. nouissimè loquer metus tota
alterc. 4. r. peracutè Regens Capyc.
 Galeota (dignissimus parens D. lo-
 cobi nunc Regiam Cancellariam
 Regens, viri non tam doctrina le-
 gum, quam rerum experientia glo-
 riosi) *2. controu. illustrium c. 14. n. 26.*
& seq. Quia, vt disseruit Baldus. *Me-*
diculosa voluntas pragnãs est & impu-
ra, multiplicans quendam dissensum cõ-
consensu, & quendam cum affirmatio-
ne negationem: habet in superficie voli-
tionem, in medulla nolitionem; scin-
ditur cor hominis in duas partes, una
est velle, altera nolle, prima superficia-
lis; secunda realis, in tract. schismatis.
 Velsaltè precibus importunis, quæ
 64 (vt Consultorũ clamat autoritas)
 vim habent cõpulsionis l. 1. §. quod
autẽ ibi, Persuadere est plusquam cogi,
atq; compelli parere ff. de seruo corru-
pto l. atqui natura §. si libero ff. de ne-
gor. gestis l. unie. C. de rapt. virgin. ibi
Nisi enim eam sollicitaueris, nisi odiosis
artibus circumueneris, non facit eam
velle l. 1. §. 1. ibi, qui sapè importunis
petentium intercessionibus opprimun-
tur C. ne liceat potentioribus & l. 1. C.
de petis. bonorum lib. 10. vbi Cæsar ita
 cõqueritur, sed quoniam plerumq; ita
 in nõnullis causis inuerecunda peten-
 tium inhiatione cõstringimur, vt etiam
 non concedenda tribuamus, & tandem
 Summus Pontifex, *Et improbitas im-*
portuna petentium à nobis, & pradecef-
soribus nostris nõ tam obsinuisse, quam
extorcnisse. extra de probat. & dignis.
 tradunt Soccin. *Senior. conf. 253. n. 8.*
lib. 2. Oltradus conf. 36. col. 1. Surdus
conf. 373. nu. 12. & seq. Afflicus decis.
69. nu. 6. de Franchis decis. 180. An-
 nus

nax Robertus 2. *verū Indic. cap. 13.*
 & *lib. 1. c. 15.* Molfes. *tom. 2. tit. de con-*
sens. mulieris q. 7. Ceual. *quast. 348.*
 Melchior Paleaz *de maioratu pars. 1:*
q. 25. num. 9. Menoch. *conf. 395. num. 77.*
 Hartman. *Pistor. 1. quest. 29.* Castil-
 lus Sotomayor *3. cōtron. cap. 1. num.*
112. 180. & 105. Pascal. *de patria po-*
test. parte 3. c. 2. num. 37. 10. Sandæus
decis. Frisia lib. 4. tit. de testam. decis.
11. mihi fol. 366. Andreol. *1. cap. 16.*
no. 6. Regens Capyc. *Latro tom. 1. con-*
sult. 54. nu. 21. & 24. Perius *conf. ci-*
vil. 6. n. 13. optimè Tappia *decis. 16.*
num. 9. Raudens. *decis. 45. n. 2.* ex alijs
 Bottilier. omninò vidēdus *soto theor.*
91. Barbol. *vor. decis. lib. 1. vor. 1. n. 30.*
lib. 2. vor. 16. n. 31. Dū enim quis an-
 nuit potētū votis, ex importunitate
 metum incurrit, Innoc. *in c. peissio, de*
Iurcuran. Bart. *in tract. de Tyrann. q.*
6. Iason *in §. quadrupli col. 8. n. 66. de*
act. refert Crauett. conf. 10. n. 17. Bot-
 til. *d. theor. 91. n. 1. & seq. & n. fin.* Cō-
 sil. Pratus *1. discept. forens. c. 27. n. 63.*
 P. Diana *resol. moral. pars. 3. tract. 4.*
 65 *miscell.* ita quod si obsequitur, non
 libera volūate, sed necessitate qua-
 dam exequitur, *Paret potius, quam*
assensur, nec tam illum ex animo, quā
quia necesse est, sequitur. sūt verba Se-
 necæ *epist. 97.*

Aded enim grauem molestiam
 inferunt instantissimæ preces, vt me-
 ritò mouere debeant cōstantem vi-
 rum ad aliquid efficiendum: si enim
 metus cruciatus corporis à DD. ap-
 pellatur cadēs in virū cōstantē; gra-
 uior certè cruciatus animæ erit in-
 stāria precum assidua. Quod si apud
 Summos Pontifices, & inuictissimos
 Cæsares, quorū suprema in Republi-
 ca aūthoritas est, importunæ pre-
 ces molestiam afferunt, vt sæpè an-
 nuant postulantium votis; quis ad-
 dubitet, etiam secundum rectum ra-
 tionis iudicium, aded molestas esse

instantes preces, vt meritò metui ca-
 denti in constantem virum possint
 æquiperari? Itaq; cum ex vna par-
 te (vt in facti specie) importunitas,
 cuiuscunq; sit, valdè vrgeat, ne dicā
 vexet, & opprimat, ex altera reuerē-
 tia personæ petentis debita, pusilla-
 nimem, timidūq; nec audentem cō-
 tradicere, rogatū reddat; lure opti-
 mo vtraq; metuendi causa coniun-
 cta, prudentem, simulq; constantem
 coget, ipsiusq; cōsensum penitus ex-
 torquebit. *Non sunt preces* (inquit
 Quintil. *dectam. 281.)* *ubi negandi li-*
bertas non est. & Tacitus *Suasio ab eo,*
qui iubere potest, vim necessitatis affert.
 14. *annal.* Hinc Ausonius.

Scribere me Augustus iubet, & mea
armina poscit,

Penè rogans: blando vis tates imperio. 67

quandoquidem

Est rogare Ducū species violēta iubēdi,
Et quasi nudato supplicat ense potens.

Immò si ipsa suasio in alterius ver-
 geret detrimentum (vt in facto) plus
 haberet roboris, quam ipsa compul-
 sio Crauett. *conf. 92. n. 12. & conf. 100*
n. 17. transcriptum à Tappia *d. decis.*
16. n. 31. Staibanus Senior *conf. 7. n.*
8. Thorus *alleg. vnic. post tom. 1. vor.*
circa finem. Vis quoq; existimatur,
 (subdit Robertus *d. c. 15.*) non mō-
 dō si homines vulnerētur, sed si quid
 contra legem, cōtra Ius, æquitatēq;
 fiat, ad text. *in l. extat. ff. de eo quod me-*
us causa. Nam, *Cum voluntas* (vt
 differuit Augustinus *lib. de duab. ani-*
mal.) *sit animi motus, cogente*
nullo, ad aliquid vel non amittendum,
vel adipiscendum; His consequens,
 iustum dici metum, vbi quis patri-
 monij sui amissionē moueretur, *l. iusta*
ff. de manumiss. vind. c. Abbas de eo
quod meus causa.

Cū itaq; *vis nil agendū,* teste Cleo-
 bulo apud Laertium *lib. 1.* quia, *Nil*
inri tam inimicum, quam vis, Tullius

70 *pro Cacin. Nihilq; consensui tam con-*
trarium, quam metus. L. nihil. ff. de regul.
iuris. Sequitur retrodonationem ad
irritum reuocandā. Quia, Cum locū
non habeat consensus ubi metus, vel
coactio intercedit, necesse est, ut ubi as-
ensus cuiusq; requiritur, coactionis
materia repellatur, inonuit Sūmus
Pontifex in cap. cum locum 14. de spō-
sal. Et consequenter, quia hoc mu-

nus aspexit, Maestas Imperatoris an-
tiqua beneuolentia consentaneum, &
naturali rationi subnixum, illud de-
bet intactum atq; illibatam custodiri
in omni aeo ualiturū l. l. S. in primo. C.
de caducis tollend. l. si pater 7. S. utraq;
V. remaneat vera, & irrenocabilis C. de
Iure dotium. Quia, sicuti cum Caffio-
doro prædiximus, Aeternum est be-
neficium posteritatis fauore collatum.

71

NOTABILIVM

EXEGESIS.

- 1 **D**onatio facta solum nepoti ac-
ceptanti pro se, & filijs, in
ipso hereditario Iure transfundit-
ur ex Tenduto.
- 2 Fallit, si in præfatione contra-
ctus exprimeretur donatum nepo-
ti, & filijs.
- 3 Verba in præfatione posita cau-
sam finalem demonstrant.
- 4 Ideoq; censentur in dispositionis
omni modo reposita.
- 5 Ex præcedentibus sequentia de-
clarantur.
- 6 Id habetur pro expresso, quoties
sic uerisimiliter disponens futurū
fuisse, ut responderes.
- 7 Donans, & donatarius nō pos-
sunt declarare fictitiā donatio-
nem hanc in præiudicium uxoris,
& filiorum, quibus fuit quoq; do-
natum.
- 8 Marius Cuiellus, & Seneca ad-
ducuntur.
- 9 Nemo potest allegare propriam
turpitudinem.
- 10 Præsertim, si in alterius tende-
ret præiudicium.
- 11 Nec heredes illam defuncti.
- 12 Donatarius uē compulsus ad
retrodonandum, censetur manu co-
actus ad declarandum simulatam
retrodonationem.
- 13 In prohibitis non statur parti-
um assertionibus, & si sacramento
firmatis.
- 14 Ad hoc ut donatio simulationis
insimuletur, debet exprimi ido-
nea & sufficiens causa simulationis.
- 15 Donationes ob causam non
possunt de simulatione redargui.
- 16 Ha proprie dicuntur contra-
ctus, & magis de permutatione
participant.
- 17 Simulatio sicut à dote excludi-
tur, ita ab hac donatione.
- 18 Pariter data actus necessitate.
- 19 Aut sanguinis coniunctione in-
ter donantem, & donatarium.
- 20 Donationes ob ingratitude
donatarij renocantur.
- 21 Crimen non debet indulgentijs
subleuari.
- 22 Facultas reuocandi donationē
quando concedatur heredi donan-
tis, si donas dum uixit, tacite.
- 23 Effectus ingratitude reuocan-
tium.
- 24 Actor tenetur probare inuentionem

- nem suam, aliter reus ob soluitur.
- 25 Ingratitudo est gravis scelus, idèò regulariter non præsuntur.
- 26 Quilibet præsuntur innocens, donec aliter ostendatur.
- 27 Qualis pater, talis præsuntur filius.
- 28 Pauli Theodorici responsum adducitur.
- 29 Educationis primordia indicant incrementa.
- 30 Quot modis committi potest ingratitude.
- 31 Perspicuus Vlpiani textus de præsumpta gratitudine loquens.
- 32 Tam iure diuino, quam natura gentium, & Ciuili impellimur ad retribuendum benefactoribus.
- 33 Egregius Saluiani locus ad litteram receperunt.
- 34 Animalia mirà beneficia exhibens gratitudinem.
- 35 Pactum non renocandi donationem etià ingratitude vitia, quæda validum.
- 36 Hoc pactum in dispositiuis contractibus adiectum subsistit, et quia in exhereditariis.
- 37 Donatio facta nepoti, eiusque filijs non renocatur ob solam ingratitude nepotis.
- 38 Innocens cum nocente equalis non indicandus.
- 39 Magnum nefas alterum pro altero plecti.
- 40 Nisi præcesserit culpa, nulla debetur pena.
- 41 Filius non portabit iniquitatem patris.
- 42 Nemo ex facto alterius est suo iure priuandus.
- 43 Donationes ob causam non renocantur ob ingratitude donatarij.
- 44 Nec donatio ad suscipiendos sacros ordines.
- 45 Nec illa, qua fit Ecclesia.
- 46 Nec quoque remuneratoria.
- 47 Nec donatio conseruatione matrimonij.
- 48 Conclusio posterioris partis.
- 49 Rema donata in donatarium transferenda simul cum fructibus.
- 50 Respondens vltima primis.

SYNOPSIS.

Argumenta, quibus impetitur hæc donatio referuntur, & refelluntur. * Proemialia publici documentum verba si patenter expriment impulsam donantem donare Titio, & qui nascetur ab eo, si ex dispositiuis solum Titio largitum illuxerit, filij æquè ac si essent dispositiue vocati, ad donata iure proprio admittuntur. * Donans & donatarius si in retrocessionis contractu simulatam, apparenter factam, & , vt nostrates loquuntur, fictitiam hanc confiteantur donationem; eorum confessio, quæ substantiam non perimit veritatis, immò propriam detegit turpitudinem, nec vxori, nec præiudicium generat nascituris, cum eadem compulsione censeatur exsorta, qua retrodonatio fuit obtenta. * Donatarij ingratitude, nisi legitimis probationibus patefacta, nullius roboris reputanda; si vero

si verò iuridicè in lucem emerferit, nec suffragatur, vbicumq; constiterit, donatorem promississe cum iuramento, præsertim in dispositiuis contractus, etiam hoc scelere laceffitum, non reuocare donationem; aut liberalitas in plures esset collata, & crimen ab vno probetur solummodò perpetratum. * Donationes ob causam, illæ præcipuè, quæ certarum nuptiarum occasione sunt, sicuti simulationis insimulari nequeunt, ita propter ingratitudinem reuocari, nulla ratione Iuris prudentibus placuit.



P E T I T O R I I

P A R S P O S T E R I O R.

Grauiſſimum est per calumniam subtrahi, quod collatum est munificentia principali, Cassiod. 1. var. epist. 7.

His ita dispositis, ne aliquid residere videatur ambiguum, superest vt obitantia conuellamus, quæ si re-
cta mentis acie perspiciantur, *aliquantulum coloris, nil saporis* habere prospiciuntur, vt in simili loquebatur noster auriga Bart. *in l. stipulationes non diuiduntur num. 10. ff. de verb. obligat.* Primū obiectū, quod nempè donatio Nepoti solummodò facta sit, qui, & si acceptasset pro nascituris, in eos tamen donata iure hæreditario transtulit, ex traditis à Frâncisco Tonduto 1. *resol. Civil. cap. 55. nu. 13.* Umbra est, errore Tabelionis iniecta, quæ si luce veritatis attenditur, funditùs dissipatur. Etenim, & si ex Notarij incuria (quæ non nocet partibus, vt dicemus) tātum Nepoti donatū appareat (præterquā ex narratiua retrodonationis liquet oppositum manifestè) In

donationis tamen præfatione patēter exprimitur, donatorem contemplatione matrimonij disposuisse donare Nepoti, & nascituris ab eo; quæ verba, & si in præfatione posita, cum declarent voluntatem donātis, causamq; donationis finalem ostendāt, *l. cum ij in princip. ff. de transact. l. 1. ff. ad S. C. Macedon. l. final. ff. de heredib. instis.* Menoch. *conf. 150. n. 40. 160. n. 31. & lib. 6. presump. 2.* Mantic. *de tacit. lib. 3. tit. 4.* Ceual. *q. 828. n. 220.* Barbol. *in princip. Iuris v. Proemialia 2. 56.* Sesse *decis. Aragon 23.* Gratian. *4. forēs. c. 742. n. 7.* Andreol. *1. cōtrou. cap. 39. n. 8. & seq. omninò Rota apud Postium post tract. de manumem. decis. 212. n. 10.* Nouarius *decis. 95. n. 3. & 4.* Præsul Maranta *1. respons. 23. nu. 57.* Regens Rouitus *in pragm. 1. nu. 25. de official.* Vilcont. *in conclus. v. Proemium Regens Marinis 1. quosid. cap. 77. n. 3.* Hering. *de fideiussor. c. 20. S. 10. nu. 57.* Bottilier. *de success. ab invest. test.*

4 *test. theorem. 63. Confiliar. Pratus lib. 3. discept. cap. 22. nu. 4. in dispositiuis censetur omnimodò repetita, l. Tertia. S. idem respondit ff. de verb. obligat. vbi l. C. ait, Idem respondi, plerumq; que in prefationibus concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur, firmant Gratian. d. cap. 742. nu. 7. & 8. & lib. 5. cap. 924. num. 22. & 23. Andreol. ibidem n. 10. Petrus Loriotus de Iuris apicib. tit. de exhæredat. axiom. 40. Alfonsus de Olea de cession. Iurium, tit. 1. q. 1. nu. 5. omnium verò pulcherrimè Reg. Capyc. Latr. tom. 1. consult. 46. n. 16. cum seq. & lib. 2. consult. 80. n. 5. & 6. Bottil. d. tract. theorem. 62. n. 15. & nos IN IVRIDICIS LVCVBRATIONIBVS 101. Lucub. 1. vbi affluenter de repetitione conditionis in altera dispositionis parte, etiam si essent capita separata, Præside, differemus. Itaq; assensu oportet, donationem Nepoti, liberis procreandis ab eo, & si non sentiant, vel consentiant, factam, vt in terminis concludit idem Regens Capyc. Latro d. consult. 46. nu. 14. et seq. Quâdoquidem præcedentia nedum sequentibus lumen ostendunt, Menoch. conf. 117. nu. 69. verū in eis influunt omnia, Surdus benè audiens decis. 288. num. 30. Gratian. 4. forens. cap. 633. nu. 32. & 648. n. 7. & 10. Immo ita potēs est hæc proemij ratio, vt sicut nequit corpus ab anima separari, sic dispositio ab ipsa proemiali ratione, à qua formam, & normam recipit, Cephalus conf. 548. nu. 2. Gratian. 3. forens. cap. 558. num. 24. Andreol. d. cap. 39. num. 10. Guido Vbald. cōf. unic. post Andreol. n. 53. Barbof. quo supra. Nec enim rem nouam aggredimur, aut viam insolitam ambulamus, cum vtriusq; iuris argumenta nos doceāt, vt vna pars contractus ab altera interpretationem recipiat, l. qui filiabus 17.*

ff. de legat. 1. Anna conf. 28. n. 5. Gratian. 5. forens. cap. 940. num. 11. Fusar. de substit. tota q. 11. Nouarius decis. 108. num. 8. Regens Merlinus 2. controu. cap. 1. num. 38. Ex quo in ore omnium resonat, id hæc pro expresso, quoties sic verimiliter disponens futurū fuisset, vt responderet, Castill. decis. 145. n. 15. Merlin. vbi proximè num. 39. Regens Latro 2. consult. 80. nu. 11. Regens Marinis 2. quotid. cap. 100. n. 8. Bottilier. theor. 6. n. 21. reliqua ad præscripta loca remittimus.

Deindè de simulatione donationis opponitur; hanc videlicet donatarius cum nō realem, & verā, sed apparēter factā in retrodonatione confessus sit; his consequens dicebatur, donationem viribus vacuari; ideoq; validam retrodonationem. Sed oppositio, si iusto examine pōderetur, plus subtilitatis, quam soliditatis habere prospicitur; & si enim ibidē appareat hæc confessio, ea tamen, vt fraudolenta, ideoq; legibus interdicta, præiudicium asferre non potest vxori, & nascituris, quibus (vt sæpius dictum est) ius quæsitum fuit irreuocabiliter, Ne ex aliena malignitate (inquit Cæsar) alienum dānum emergat, in l. fin. C. de acq. possess. l. id quod, vbi omnes ff. de reg. iuris l. si voluntatis 4. C. de dotis promiss. toto tit. plus valere quod agitur, firmat Cutell. de donat. contempl. matrim. parte 2. tit. 2. discurs. 1. special. 20. n. 15. vbi sic fatur. In hac donatione ita annexa est causa vxoris, & cōsanguineorum, stem & filiorum, vt perperam agant, & fallantur contrahentes, qui putant in hiscē contractibus aliud pro alio ostendere; nam ex eis, vt aiebat D. Chrysostomus, ex simulatis deuenitur ad vera. Hactenus ille. congruunt verba Senecæ. Circumscriptio semper crimen sub specie legis inuoluit, quod apparet iam

in ea legitimum est, quod latet insidiosum, *de contron.* 3. apud Hugonem Grotium *de iure belli, & pacis lib. 2. c. 16. in notis ad nu. 20. fol. mihi. 287.* videntur omni modo Gratian. 5. *forens.* c. 924. *l. 2. c. 34.* vs Merlin. *d. c. 34.*

- 9 Imm in retrocessionis contracta tam a donatore, quam donatario allegetur propria turpitudine, non utiq; contra se ipsos, sed ab ipsis commissa, Molfesius *conf. 11. nu. 10.* Iacobus Scultes *obseru. forens. lib. 1. obseru. 55. nu. 54. mihi fol. 377.* vterq; non debet audiri. *Cum profitearis* (sic donatorem redarguunt Cæsares) *in fraudem te alterius donasse, professionē inhonestam continere intelligis, atq; ita si donationē perfecisti, eam renocare non potes ex memorata allegatione sub obtentu penitentiæ, l. cum profitearis. C. de renoc. donat. & alibi donatariū, si fraudē se fecisse creditoribus, ut renoces libertates, audeat dicere, audiri non debet, l. si creditoribus C. si seruo pignor. dato, in pūctis Molfel. ubi supra*
- 10 Repetita namq; promulgatione decretum est, non posse quemquam propriam turpitudinem allegare, *l. mercalē C. de condit. ob turpem causam l. transactione finita, & vtrobiq; Doctores. C. de transact. Viuius decis. 339. nu. 6. Mascard. de probat. conclus. 439. Viscont. in Conclus. v. Turpitudinem, latē Amaya lib. 2. obseru. iuris cap. 9. nu. 16.* præsertim si in alterius tēderet præiudicium, Gottrau. *de re-*
- 11 *stit. 85. multominus hæredes, l. rem alienam. ff. de pignor. l. filios C. de renoc. his, qua in fraudem Alex. in l. nemo potest ff. de legat. 1. Ruinus conf. 123. n. 11. & 194. nu. 1. Signorol. conf. 180. Iason in l. insurandum S. procurator 28. ff. iureiur. Anton. de Burgos in cap. ad nostram n. 30. de empt. & vendit. Menoch. conf. 1095. num. 19. & 1101. n. 49. Viuius ubi sup. Eo magis in facti specie, dum nostra donatio*

ad præscriptum Iuris celebrata prospicitur, Bald. *in d. l. si creditoribus & in l. non dubium col. 9. C. de legibus, & in l. 1. C. plus valere quod agitur Menoch. d. conf. 1101. num. 51.* Ex quo igitur nō deceptoribus, sed deceptis iura subueniūt, *l. 2. in fin. ff. ad S. C. Velleian. l. 2. C. si minor maiorē se dixerit, c. uniuersorum, de rerum permut. d. c. inter dilectos*, optimè Reipublicæ cōsulitur, si hac confessione non reluctante, donatio firma, illibataq; custodiatur, *c. inter dilectos. S. attendentes, de donat.*

Hinc si sanioris inspectione iudicij facti veritas denudetur, non aliter coniectamus, propriæ voluntatis arbitrio donatarium impulsū fuisse ad declarandam simulatam donationem, sed quia vi compulsus, mactus, vel saltem precibus iudicis (vt ante iam diximus) in uolens fuit ad retrodonādum, eadē cōpulsione censetur adstrictus ad sic confitendum. Documentis enim frequētibus experimur, quod ea facilitate, qua quis ad absoluendum primum actum impellitur, eadem ad confitendum huiusmodi vrgeatur, Bart. *in l. si forse ff. de Castrens. pecul. Iason in l. si donatione n. 4 C. de collat. Honded. conf. 45. nu. 13. lib. 1. Tuscus præct. conclus. v. Assertionē cōclus. 535. Menoch. conf. 918. n. 24. Calà de modo articul. num. 723. laxiori calamo Gratian. 5. forens. cap. 824. num. 60. & Regens Capyc. Latro decis. 148. nu. 30. sicuti quoq; eodem modo, quo quis ad contrahendum trahitur, eodem inducitur ad iurandum, ex alijs Bottilier. *theorem. 62. num. 8. focer meus alterc. 36. num. 18.* Rationem adnectit Cæsar, cū ait, *Siquidem clādestinis, ac demestricis fraudibus facile quiduis pro negotij opportunitate confingi potest, vel id quod verè gestum est, aboleri, in l. data 27. C. de donat. me-**

mor

mor est Staiban. 2. *constrou. cap.* 156. n.95. & 192. n. 8. Ideoq; ne via aperiatur ijs, qui prauitatem suam satagunt palliare, ad text. *in c. vnic. vñ Ecclesiastic. benef.* huiusmodi confessiones, quæ substantiam non perimunt veritatis, firmitate destituendæ sunt, quia potius, *quid fides veri suggesterit*, attendi debeat, ad text. *in l. si Præses C. de donas.* firmât Gratiâ. & Regens Latro *locis adductis*, Socer meus *alserc.* 36. num. 18. fol. 205.

13 Expediti siquidem iuris est, in prohibitis non stari partium assertionibus, & si Sacramêto firmatis, Tiraq. *in l. si unquam v. donatione largitus n. 91.* Surdus *de alimentis tit. 8. priuile. 57. n. 73.* Antonius Faber *in C. lib. 4. tit. 29. defins. 6.* Molfes. *conf.* 42. num. 2. Gratian. 4. *forens. c.* 669. omninò Regens Capyc. Latro *d. decis.* 148. n. 30. & socer meus *locis laudatis*, aliter, vt fraus fieret legibus, esset in nostro arbitrio positum, vt lucraretur effectum, quod est legibus interdictum; vel vt ratiocinatur in simili Vlpianus, *Alioquin inuenta eris alienandi ratio, in l. magis puto 5. S. si papillus il secondoff. de rebus eorum* Soccin. Senior *conf.* 66. n. 3. lib. 1. Menoch. *lib. 3. prafump.* 29. n. 26. ex multis Zacchias *de Salario q.* 76. n. 50. cum alijs supra citatis, conferunt ea, quæ copiosè retexuit Farinac. *de falsit. & simulat.* q. 162. num. 37. & seq. & *de inditijs & sortura q.* 46. n. 76.

Etposito, non admissio, simulationis confessionem subsistere, si tamen illa solertis inquisitionis indagine perscruteretur, donationē nequaquā eneruat; nam cum idonea, & sufficiens causa, qua simulatus dicatur contractus, non explicetur, de simulatione donatio non arguitur, Reg. Merlin. 2. *constrou. cap.* 17. n. 11. & 12. vbi disputationē vberi filo pertexam decurrit, ex alijs socer meus

tota *alserc.* 26. Maximè quia sapedicta donatio est ob causam, quæ nequit de simulatione redargui. Etenim non omnis donatio simulationis in simulatur, sed simplex dumtaxat, & quæ absq; causa perficitur, vndè præexistente legitima donadi causa, simulationis suspicio profligatur, Caualer. *decis.* 420. n. 5. latè Farinac. *d. q.* 162. n. 97. Cyriac. 2. *constrou. cap.* 255. num. 38. Mercurial. Merlin. *de pignoribus decis.* 48. n. 15. Regens Merlin. *d. cap.* 17. n. 18. & 19. Huiusmodi enim liberalitates improprie vocantur donationes, Clarus S. *donatio q.* 21. n. 4. cum proprie sint contractus *l. 1. l. hoc iure S. 1. & fin. ff. de donat.* Tiraq. *in l. si unquam v. donatione largitus n. 142.* Molfesius *parte 4. q.* 25. n. 8. & *seqq. de success. ab incest.* Gratian. 4. *forens. cap.* 749. n. 14. & 15. Cyriac. 2. *cap.* 270. num. 13. & potius de permutatione participant, *l. sed ex silege S. consultus*, vbi Bart. *ff. de peris. heredis.* ex alijs Menoch. *conf.* 723. n. 10. & 967. n. 19. Fontanelli. *claus.* 4. glos. 28. num. 6. Molfes. *vbi supra* Regens Merlin. *d. cap.* 17. n. 19. & *cap.* 60. n. 4. Gizzatell. *decis.* 22. n. 17. vbi Ioseph de Mele Regens Capyc. Latro *decis.* 14. num. Quo fit, vt sicuti à contractu dotis simulatio, & fraus excluditur, Alciatus *conf.* 125. num. 8. Farinac. *de falsitate & simulat. q.* 164. num. 108. Staiban. 2. *resol. cap.* 103. num. 59. ita ab hac donatione, quæ æqua lãce cum dote, vt diximus, iudicatur, in punctis Anna *alleg.* 23. n. 7. & *singul.* 568. Regens Capyc. Latro *consult.* 46. n. 39. Staiban. *quo supra.* Accessit, quia donatio ex necessitate (vt prædiximus) facta fuit, aliàs cōtrahentes matrimonium non contraxissent, vndè data actus necessitate præsumptio simulationis excluditur, Farinac. *loco laud. n.* 144. Mura *decis.* 28. num. 14. Regens Latro *d. consult.*

15

16

17

18

G

fals;

fuls. 46. m. 45. Pariter data sanguinis coniunctione inter donatorem, & donatarium, ut apertius explicat idem Regens *ibid. m. 29.* Sequitur ergo donationem, quamvis simulationis colore velatam, perpetuis viribus roborandam.

20 Demum obijcitur, & Gordianus nodus præconizatur. Esto donationem validam, quia donatarius fuit in donatorem ingratus, his consequens donationem ad irritum reuocandam. *Propter eius ingratitude* (inquit Pontifex) *in quem liberalitas est collata, donatoris persona de vigore iuris eam potest reuocare, cap. fin. de donat. l. his solis l. fin. C. de reuoc. donat.* Si enim apertissime legibus cautum fuit, ingratos liberos à maiorum suorum hereditate merito repellendos *l. 10. C. de secundis nupt.* cur non id ad ingratos donatarios extendendum, ut eodem supplicio percellantur? sic herclè. Ita complures, quorum signifer est Afflictus *decis. 264. n. 48.* Clarus §. *donatio q. 21.* Mozzius Faber Tleutherus & ceteri apud Borrell. & Hunnium, ille *in summa decis. parte 3. sit. de reuocand. donat. n. 17.* iste *Encyclopadia iuris parte 3. sit. 26. c. 6. n. 1.* nouissime Acoſta *de priuileg. creditorum reg. 1. ampl. 9.* Quandoquidè, ut ait Cæsar, *Venia salibus nō permittitur, nec crimen indulgentijs subleuatur, in l. si apparitor C. de calortalibus lib. 12.* Et quamuis hæc reuocandi facultas videatur solum concessa donantibus, non eius hereditibus, *Cum fas non sit* (inquit textus) *ullo modo inquietari donationes, quas is, qui donauerat, in diem vita sua nō retractauit, in l. 1. §. fin. ff. de reuoc. donat. & in d. l. fin. d. c. fin.* Tiraq. *in l. si unquam v. susceperis liberos n. 215.* Acoſta *ibidem n. 30.* Borrell. & Hunnius *locis adductis.* Attamen ex factis serie (subdebatur) liquidò appare-

re donantem, antequam naturæ debitum persoluisset, de ingratitude donatarij in Curia fuisse conquestū (immò extraiudicialis sufficeret ex eis, quæ congerit Fontanell. *de partibus claus. 4. glos. 28. num. 30.* & voluit quoque; Tappia *decis. 2. n. 382.*) quo casu potest donatio ab hereditibus retractari, Tappia *nuper laudatus n. 380.* sicuti quoque; rescinditur ab eisdem, si ingratitude fuerit ignota donanti, vel iste morte præuentus illam non valuit reuocare, probat latissime Riminald. *in §. 1. de donat. n. 554.* Non enim (si iuris rationem intueamur) conueniens est alienas res capere, & frugalitatem donatoris irridere, quia ille ventus vrens ingratitude eo protrahitur, teste Bernardo, ut fontem pietatis, fluenti gratiæ, rorem exiccet misericordiam, sicuti benè notando post alios decurrit Amaya *2. obseru. iuris 102. obseru. 6.* Hinc licet ratio naturalis, velut rerum omnium rectissima arbitra, liberis parentum hereditates adijciat, ut diximus *in hoc PETTORIO pars. 1. n. 50.* ingratitude tamen debitum naturæ absorbens, filios exhæredes facit, *l. 4. C. de patria poss. Nouell. 115. c. 19.* Pariter licet magnus sit libertatis fauor, eiusque thesaurus impretriabilis, *l. libertas ff. de regul. iuris Amaya lib. 3. obseru. 7. n. 1.* ingratitude eius existens dominatrix, auream naturæ libertatem durissimo seruitutis iugo premit, *l. 2. C. de libertis & eorum liberis, can. 8. 21. q. 1.* ad materiam videantur P. Cornelius à Lapide *in proverb. Salomonis c. 3. & 27. mibi fol. 78.* Melchior Iunius *lib. 3. quæst. politic. q. 106. n. 5. mibi fol. 408.* Borrell. *d. sit. de reuoc. donat. Bibliothecæ pauperum, nempe Magnum Theatrum vitæ humanæ, & Polianthæ v. ingratitude Carol. Palscal. infra laud.*

Ve-

24

Verum nos, qui veritatem colimus, hunc Gordij nodum non Marte, sed arte plurifariam dissoluemus. Primum viriliter propugnando nullam à donatore, antequam fati munus impleffet, probatam fuisse ingratitudinis causam, quod tamen liquidò ipsius intererat hoc deducere, & inter ipsa litis auspicia comprobare, ad vulgatos textus in *l. actor C. de probat. l. qui accusare C. de edendo l. cogi C. de petis. heredis.* firmat Mascard. *de probat. v. Actor.* Cyriac. *1 contron. cap. 5. & cap. 174. num. 6.* Borrell. post alios quos adducit in *summa decis. parte 2. tit. de probat. in princip. & tit. de Expensis num. 331.* oprimè Regens Capyc. *Latro rom. 1. consule. 62. num. 30.* Herman. *Vulteius de Iudicijs lib. 3. c. 7. num. 52.* Hunnius *Encyclopadia parte 2. tit. 12. cap. 4. de probat. num. 3.* Cū enim iuris sit explorati, quod actore non probante, is qui conuenitur, & si nihil probauerit, debeat ex legibus præcitatæ absolui; omninò firmandum est nobis, donatarium absoluendum ab impetitis, ex quo donans idoneis testibus, aut demonstrationibus apertissimis causam criminis non deduxerit in iudicium, ex verbis Iustinianæ in *d. l. fin. ibi Ex his tantummodo causis si fuerint in iudicium dilucidis argumentis cognitionaliter approbata;* quod prius sic rescripserat Theodosius, *Nisi doctis manifestissimis causis, quibus eam personam, in quam collata donatio est, contra ipsam videri pietatem, & ex causis, qua legibus continetur, fuisse constabit ingratam l. 9. cod. tit.* Est enim graue scelus ingratitudo, Francisc. *Petrarca dial. 28. de Ingratis* Carolus *Pascal. de virtut. & vitijs cap. 50.* Melchior *Iunius (misis consulto plurimis) ubi supra. & sunt iura perspicua in d. l. his solis d. l. fin. & l. 2. C. de libertis, & eorum liberis, quod vitium*

25

regulariter nõ præsumitur *l. omnino C. de inoffic. testam. l. 2. & vtrobiq; scribentes C. de secund. nups.* Menoch. *peregregiè conf. 723. num. 4. & lib. 5. præsumpt. 4. num. 11.* Immo quilibet prima facie præsumitur innocens, donec aliud in contrarium ostendatur, *l. absentem ff. de panis. l. cum probatio ff. de probat.* Alciatus *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 4. n. 1. & 2. ex multis Menoch. lib. 5. præsumpt. 1. num. 16. & per totam & præsumpt. 4.* Mascard. *conclus. 222.* Farinac. *de Indicijs q. 47. n. 277.* Ioseph *Ludouic. decis. Lucens. 4. num. 32.* Hieron. *de Laurent. decis. Amemon. 84. n. 4.* Danza *de pugna Doctorum lib. 2. tit. de Homicidio c. 4. num. 28. & ad Gramat. decis. 5. num. 6.* Bottillier. *de success. ab inest. theorem. 4. n. 8.* Et quod interpretatio exclusiua delicti in ambiguis capiatur, docent Mascard. *conclus. 496.* Farinac. *parte 3. q. 85. n. 1. & seqq. & d. q. 47. num. 284.* Gaitl. *2. obseru. 97. n. 1.* Regnerus *Sixinus conf. Marpurg. 8. num. 35. vol. 2.* Vilcont. *v. Actus Niger de except. cap. 18. §. 8.* Regens *Capyc. Latro decis. 13. num. 4.* Hunnius *Encyclopadia parte 2. tit. 10. de præsumpt. 1. n. 7. mibi fol. 237.* Et sunt Pontificia iura in *cap. dudum 16. de præsumpt. & c. unico de scrutinio.*

26

27

Præsertim in facto, dum donatarius ne dum ex bonis, honestisq; patribus fuit progenitus, quo casu siue in naturalibus incrementis, siue in moralibus institutis eiusdem conditionis, & vitæ cum illis esse præsumitur ad text. in *l. cohærentis C. de cohærentibus lib. 12.* latissimè *Cassaneus in Catalogo gloria mundi parte 11. cõsid. 25. mibi fol. 427.* Vincentius *Turevetus de nobilitate Gentilitia lib. 3. c. 2. fol. mibi. 122.* pulcrè *Simanca de hæreticis c. 50. n. 10. & seqq.* Mascard. *d. conclus. 222. num. 3. & conclus. 1003.* Farinac. *d. q. 47. n. 279.* Pascal. *de patria*

*tria potest. parte. 4. c. 5. præclare Edo-
Nehulius in Teatro ingenij humani
lib. 2. c. 12. de nobilitate sanguinis, mibi
fol. 228. quo loci atheruit, Karò ex in-
clytro semine nasci filios, in quibus
non emineat imago paternæ nobili-
tatis; idq; plûsculis illustrat exêplis,
nouissimè P. Henricus Engelgrauæ,
in Celeste Pantheon, sive Calum nouû
in Natiuitate S. 10: Baptistæ S. 3. mibi
fol. 333. & nos diffusius in nostro MV-
SAEO part. 1. in norma PARENTVM
axiom. 4. Quo pertinet illud Poetæ.
Quod vires in folijs venis ab radicibus
humor,*

*Et patrum in nasos transeunt cum fe-
mine uires.*

- 28 & extat pulchrû Theodorici testatum
apud Cassiodorum, cû ait, *Providentiæ
nostra ratio est, in tenera etate merita
futura tractare, & ex parentis vir-
tute prolis indicare successus: quia bo-
na cetera sunt que fidem ab aordia tra-
hunt, dum origo nescit deficere, qua cõ-
suetis radicibus pullulare. Fertur cur-
sa perennis fontium uera vitalis, &
hanc conditionem sustinent cuncta
umanitas, ut sapor, qui concessus est
origini nisi per accidentia fuerit uicia-
tus, nesciat risualis abnegari.* lib. 2.
epist. 15. Sed quia bonis moribus
prospicitur à teneris educatus, ex
doctrina Platonis (quem ingenij do-
ctrinaq; Principem, appellat Tulli-
us, ad Q. Fratrem, & Callistratus I. C.
summa prudentia, & auctoritate vi-
rum, in l. si quis ff. de nundinat.) qui
4. de Republ. ait, *Qualis cuiusq; fuerit
puerilis educationis institutio, talis artem
etiam, quæ sequuntur, probant. Simi-
ca. in l. si quis ff. de nundinat. n. 1. 2. Farinac. d. q.
2. §. 1. n. 282. & nos in sepe dicta MV-
SAEO loco citato axiom. 12. Firman-
dum est ergo, ingratitude donata-
rij legitime non probata, non posse
donationem ingratitude velamẽ-
to ad irritum reuocari.*

Et vbi res esset ambigua, quam-
tamen clarissimam arbitramur, ad-
huc donator laborasset incassum; 30
quandoquidem nõ probasset, quod
donatarius atroces iniurias in eum
effulerit; impias manus intulerit; ia-
cturæ molem ex insidijs suis ingesse-
rit: vitæ periculum ei inuexerit: aut
conuentiones habitas nõ adimple-
uerit. Nunquam liquidò deduxif-
set, quod quadam iactantia ceruices
aduersus eum rexerit: vel grauis of-
fensæ culpam contraxerit (quæ sunt
ingratitude notæ) ad text. in l. his
folijs & l. fin. C. de reuoc. donat. de qui-
bus Borrell. d. tit. de reuoc. donat. n. 12.
Hunnus Encyclopedia part. 3. tit. 26.
cap. 6. n. 4. Acolta supra laudatus n. 2.
Imò cum multa donator in dona-
tarium, vltra præstitam largitatem,
contulerit beneficia, & ea fuere in
officijs gratiora, qua cum liceret etiam
non impendere, tamen causa dilectio-
nis impendit, sunt verba text. in
can. iam nunc 28 q. 1. de quo Castil-
lus Sotomayor 5. quorid. controu. cap.
89. num. 109. omni iure nepotem
non ad ingratitude (vt suppo-
nitur) sed ad retributionem gratiæ
inclinavit, adeout, *Præsumatur illi
ingiter obsequuntur, vt natura ipsius
religio flagitabat, vt verba Cætaris
mutemur in l. 2. C. Theodos. de inoffi-
cioso testam.* Reconditum est Vlpia-
ni responsum in l. si verò non remu-
nerandi §. Idem Papinianus ff. man-
dati, ibi, *si donationem in libertum pa-
tronus contulit, videri postea libertum
patrono donasse, affatim Corafius de
gratitudine donatarij loquens lib. 6.
miscell. cap. 17. n. 7.* 31

Diuina enim iubente lege: com-
muni instillante natura: & moribus
gentium impellentibus, ad retribu-
endum beneficis inclinamur. Eter-
næ veritatis est verbum, *Cui ampli-
us creditur, amplius exigatur.* Luc. 11. 32

Na-

Naturæ sentientis instinctu adstringimur, *Ut grati simus aduersus eos, qui nobis aliquid præstiterunt*, Senec. 5. de benef. c. 17. *Æquissima tandem vox est lus gentium præferens, Redde quod debes*, Idem Senec. loco cit. lib. 3. cap. 14. Ex legibus quoq; Romanis, *Si qui ad antidora acceperunt, ad remunerandum sibi aliquem naturaliter obligatus l. sed & si lege, §. consuluit ff. de peis. heredit.* Ita homini lus omne præscripsit, ut vicissitudinē gratiæ pro beneficijs daret, & collatum officium alio officio quoq; rependeret; adeò ut digna retributionis vicissitudine, quanto cæteris munifica liberalitas donatoris donataris sublimauit, eò antidorali nexu ille, remanet strictius obligatus. **33** *Natura ipsa hominum, consuetudoq; communis* (inquit Saluianus) *hac ipsa generali cunctos lege constringit, ut à quibus aliquid liberalitatis accepimus, plus ei gratia debeamus. Arēt at quippè nos ad retributionē dati accepta largitio; ante usum, & munificentiam liberalitatis aliena liber est quispiam beneficiorum fanore non grauat; coguntur omnes ipsa beneficentia sua ad reparationem vicissitudinis, postquam esse ceperint debitores*, lib. 4. ad Eccles. Cathol. Quid de hominibus loquimur, quādo animantia rationis expertia mirā exhibent gratitudinem? ferocissimus Leo, feritate deposita, nutritori blanditur, à periculis subtrahit, à morte liberat, Aulus Gellius noct. Attic. lib. 5. cap. 14. Tiraq. in l. si unquam, verb. donatione largitus n. 67. Riminald. in rub. de donat. num. Caldas Pereyra. conf. 8. nu. 44. Vrsus atrocissima bellua, beneficijs mansuescit; immò omne subit onus, ut benefactori gratissimum se exhibeat. Elephas quoq; memor est beneficij, *In magistrum quippè recipit, quem sibi subuenisse cognoscit*, Cal-

siod. lib. 10. var. epist. 30. Reuerà sic est. *Quanto plus fuerit humanitatis impensum, tanto pronius amor deuotionis incumbit, hæc est enim natura mentis humane, ut quod admittit ex commo- modo, compensat in gratia, & animum præstita largitas interiore quodā vinculo charitatis obstringat*, ait Cæsar in l. unic. C. Theodos. de trig. ann. præscript. volentur (ne actum agamus) Alex. ab Alexandro lib. 5. genial. dierum c. 1. Regens Tappia decif. 6. nu. 33. Octau. Caracciol. decif. Sicil. 40. num. 10. Viscont. v. Obligatio antidoralis Zacch. de Salaris q. 1. nu. 21. Barbola in votis decif. lib. 3. vot. 93. n. 27. mibi fol. 107. Tiraq. Riminald. Pereyra vt supra, & passim alij; His ergò fit consequens, non iuridicè probata ingratitude causa, immò gratitudine omni iure præsumpta, reuocationis effectum penitus euanescere, l. adigere §. quamuis ff. de iure patronatus, cū conglomeratis à Barbola in princip. iuris v. causa n. 11. Et esto probatam ingratitude (quod negamus) adhuc illa, si rationis lumine attédatur, nequit donationem validis hætenus fundamentis roboratam euertere. Nam cum ex ventre instrumenti euidenter appareat, promississe donantem, etiam hoc scelere læcessitum, non reuocare donationem, ita vt quot vicibus retractare tentauerit, intelligeretur tot cōfirmata; ipsa sanè promissio seruanda est, in hanc sententiam videntur iuisse pedibus Ioannes Andreas Butrius Ancar. Imola. Alex. Felin. Decius Cagnol. Bolognet. Bauer. Perrucc. Tiraq. Riminald. Burfat. Gunther. & Seraphin. apud Menoch. d. conf. 723. in fin. suffragantur Iacob. de Franch. rub. de feudo Guardia n. 27. plenius Gratjan. 1. forens. c. 96. num. 36. Ripa obseru. 138. Gutierrez, de contract. iuratis c. 10.

n. 5. & seqq. Riccius collect. 197. Pasc. de patria posest. parte 1. c. 8. num. 103. Pacto enim fieri potest, ut iniuria nō sit iniuria, Menoch. conf. 135. n. 25. Ripa in l. fin. nu. 181. C. de reuoc. donat. Riminal. conf. 569. nu. 120. Petrus Sanz de diuis. bonorum lib. 3. c. 6. nu. 28. maximè quia pactum iureiurando prospicitur roboratum, optimè Gratian. vbi supra n. 37. Tiraq. in l. si unquam in prefas. nu. 240. Molin. Gutierrez, & scraphin. apud Fontanell. claus. 4. glos. 28. n. 42. & seqq. vbi Tabelliones admonuit, nē inconsideratè hanc clausulam in his apponant donationibus, quæ tantoperè nocet partibus (quidquid aliter opinetur Acosta de priuileg. credit. reg. 1. ampl. 9. nu. 11.) Immo in facti specie firmissimum robur sortitur hæc pactio, quia reperitur adiecta, non in executiuis, in calce videlicet instrumenti, in quo substantiam obligationis non auget, nec ex ea oritur noua actio, Cachet. decis. 164. Intrigl. de feudis sem. 2. art. 6. n. 58. Regens Tappia decis. 2. n. 296. Regens Marin. 1. cap. 195. n. 13. & lib. 2. c. 20. n. 43. Regens Capyc. Lacro decis. 22. n. 40. Regens Marciam. 2. disput. cap. 52. n. 33. Consiliar. Staiban. 2. resol. 129. n. 6. Sed in dispositiuis, in principali nempe dispositione donationis, in qua dubio procul diceretur adiecta de voluntate partium, non de stylo Notariorū, vberimè Fontanell. claus. 4. glos. 21. parte 2. nu. 62. & seqq. conferunt notata ab Anna alleg. 19. n. 27. Pascal. parte 2. c. 8. n. 11.

36

Adhæc subiunximus. Posito donatarium ad ingratitude vitium, consulto calore prolapsum; non tamen consequens est, esse donationē ingratitude reuocandam. Nam cum ipsa (vt sæpius dicebamus) nedum donatario facta sit, quam liberis procreandis, & interesse quoq;

tangat vxoris, in quibus nec motum culpa nec criminum; nequit vnus scelere, in aliorum quorum interest præiudicium, retractari. Iniquum indicamus (statuit Cæsar) ut alieno odio alius prægauetur, l. si quis §. legis autē C. de inoffic. testam. Nec ratio recta passur (subdit Pontifex) ut innocens ad paria cum nocentibus iudicetur, c. ratio de regul. iuris in 6. Donatarius itaq; iuri filij sui minimè nocere poterat, nec suam naturam fallere: satis enim crudele esse videtur, eum, qui non sensit, ingratum existimari, subiungit Imp. in d. §. legis autem, probant in terminis Bald. in l. cum post dimortiuū, §. patrona ff. de iure dotium, Salycet. & Iacobin. in l. si dotem. C. de iure dotium. Ruinus in d. l. fin. nu. 171. C. de reuoc. donat. Boerius decis. 27. & conf. 41. n. 8. Ant. Guntherus de contract. iurasis 2. 10. n. 4. Petrus Sanz de diuis. bonor. d. c. 6. n. 95. Menoch. d. conf. 723. n. 21. notabiliter Fontan. de pactis claus. 4. glos. 28. num. 11. Cutell. de donat. contem. matr. lib. 1. parte 6. n. 34. discurs. 3. prima tract. Zacchias de Salarso q. 9. n. 3. Acosta de priuileg. cred. reg. 1. ampl. 9. nu. 12) omnium verò pulcherrimè Anton. Faber sic inquires. Donatio facta favore matrimonij, siue proprij siue alieni, nunquam ex sola ingratitude causa reuocatur; non illa solum ratione, quod causam onerosam habere intelligatur, idest matrimonij, quod aliter contractum non fuisset, sed etiam quia non solum donatarij favor in eo versetur, sed & liberorum ex eo matrimonio susceptorum, & suscipiendorum, quibus ex parentis culpa iniuriam fieri non oportet, in C. tit. de reuoc. donat. defn. 1. Pronunciatum illam habet inspectionem, quia Nullius crimen maculat nescientem, can. nullius 1. q. 4. Vnde Arnobius, Apud Deum nefas habetur magnum, alterum pro altero plecti, & aliena delicta alio-

38

39

rum

40 *rum cernicibus vindicari, lib. 7. aduersus gentes.* Ita enim lus comparatum est, vt nisi præcesserit culpa, nulla irrogatur pœna, *l. aliud est fraus l. si qua pana ff. de verb. signif. c. quasuis, de his que fiunt à maiori parte capis.* Crauet. *conf. 4. n. 23. Menoch. conf. 82. n. 106.* copiosè Præsul Maranta 1. *respons. 40. n. 19.* nam peccata suos tenent authores, nec supplicium est vltterius protrahendum, quam delictum fuerit in excedente repertum, *l. Samonimus. C. de penis d. §. Legis autem l. legem. C. de natur. liber. Magon. decis. Lucens. 27. n. 1. Farinac. de delictis q. 24. n. 1. & seq. prolixius Couar. 2. var. resol. cap. 8. alios dat Barbol. in princ. Iuris v. Pana n. 12. Robertus 2. rerum Iudic. c. 9. Caracciol. decis. Sicil. 8. n. 14.* Veritatis est verbum organo propheticæ vocis emisum, *Non priuabit bonis, qui ambulat in innocentia, psalm. 83.* & sunt iura perfpicua in *l. crimen. ff. de penis tot. sit. C. ne filius pro patre l. 2. §. nullum ff. de decurion. can. Iudai 1. q. 4. firmanz Gigas de crim. lase maeß. lib. 3. sit. de penis quas filij incurrunt, & q. 1. n. 1. & seqq. Couarr. vbi supra Duenas reg. 345. Farinac. d. q. 24. n. 25. quia Innocentia maximam securitatem habet, Roland. *conf. 54. vol. 1.* Huius regulæ vñus in multis iuris articulis elucefcit, præsertim ex illo canone, quo dicimus, neminem ex factio alterius suo iure priuandũ, de quo Menoch. *cof. 724. n. 24. & de arbitr. cas. 182. n. 48.* Mauritius Apicella *alleg. 6. n. 5.* Si ergo deliquit pater, proteruus fuit inobediens, contumax, quid hoc ad filios respicit? *Ferres enim (inquit Tullius) vlla Civitas latorem istiusmodi legis, vt cõdemnaretur filius, aut nepos, si pater, aut anus deliquisset? lib. 3. de natura deorum.* Quid paruuli commeruere nepotes, vt paterni odij habeantur hæredes? *Crimine**

quo parui crimen potuerit mereri? Lucan. lib. 2. Facessans ergo quarcla, nullius innocentiam sanciamus, nocentes sanctorum lex nostra persequitur, tonat Cæsar in *l. vnic. C. Theod. de sepulcris* Nam periniquum, & temerarium esse prospicitur, peccata parentum filijs imputari; quia (vt ante iam diximus) omne facinus authores solos insequitur, nec crimen vnus transie in alterum, ne nouo infelicitatis euentu, supplicium fieret proprium, facinus alienum,

Tandem admissio; quod (illæsa veritate) omnium intercedat ingratitudo, non tamen sit consequens, vt hoc vitio reuocetur nostra donatio, quæ (secuti demonstraui) cum non simplex, & pura sit liberalitas, sed ab causã; de lure donationes ob causam nunquam ingratitude reuocantur, Tiraq. in *l. si unquam, v. donatione largitus n. 13. & 142.* Boerliús *decis. 27. n. 2.* Nicolaus Euerard. *conf. 60.* Henricus Bocerus *de donat. n. 26. ex alijs Hunnius Encyclopadia Iuris lib. 3. sit. 26. de donat. c. 6. num. 8.* Acolta *de priuil. credis. reg. 1. ampl. 9. num. 9. & 14.* Sicuti quoq; donatio, quæ sit ad sacros ordines suscipiendos, ingratitude filij non retractatur, Riccius *decis. 19. parte 1.* Petrus Sanz *de diuis. bonor. lib. 3. c. 6. n. 90.* Pariter donatio facta Ecclesiæ, non reuocatur Prælati, vel Capituli ingratitude, Clarus. *§. donatio q. 21. n. 5.* Mozzius *de contractibus sit. de donat. rub. quomodo annulletur donatio n. 56.* Ruinus, & Menoch. apud Pascal. *de patria poss. parte 1. c. 8. num. 105.* Hunnius *max. citatus.* Similiter donatio remuneratoria nec huic subiacet vitio *l. si pater. §. 1. ff. de donat. Alex. conf. 42. lib. 4.* latissimè Surd. *conf. 419. num. 51 & seq. lib. 3.* Caldas Percyra *conf. 8. n. 45. & 22. n. 6.* Anton. Faber in *C. sit. de testam. de fin. 6. in ab.*

43

44

45

46

47 *in alleg. n. 5. Riccius collect. 197. Et in punctis quod hæc donatio non possit hoc scelere reuocari, docet Bald. & Salicet. in d. l. fin. c. de reuoc. donat. Menoc. d. conf. 723. & 967. nu. 19. Fabius de Anna d. conf. 139. num. 18. & 19. Cyriac. 2. controu. c. 270. n. 11. Perfius conf. civil. 23. nu. 5. latè Cutell. tract. 1. discurs. 3. parte 4. n. 8. & tract. 2. discurs. 1. special. 8. Molfel. parte 4. q. 25. num. 7. Regens Merlinus 2. controu. c. 34. nu. 7. Nouar. 1. forens. c. 83. nu. 3. & 4. Fontanell. claus. 4. glos. 28. n. 14. & seq. Riccius d. collect. 197. Bottilier. theore. 105. num. 31. Cum itaq; habeamus specialia iura, donationes ob causam, etiã intercedente donatarij ingratitude, firmè, illibatèq; custodientia; non est ad hærendum regulæ generali, qua simpliciter collata largitas hoc scelere retractatur. Quandoquidem, *In toto iure* (sunt verba I. C.) *generi per speciem derogatur, & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est, l. in toto, vbi Decius Cagnolus Petrus Faber, & Philippus Matthæus. ff. de regul. iuris, quod alicubi Summus Pont. sex inculcauit, inquiens, Plus timeri solet quod specialiter iniungitur, quam quod generaliter imperatur, cap. si aduersus de hereticis, exemplo iurisdictionis, quæ per generales litteras attributa, per speciales penitus eneruatur, cap. pastoralis. S. nos igitur, de scriptis.* Itaque specialior dispositio semper præualet etiam in priuatorum voluntatibus, siue supremis, siue contrahentium,*

vt ex *l. sancimus ff. de panis*, voluit Hugo Donellus *in l. stipulationes 33. ff. de verbo. obligat.* vbi eius Eucleator, probant quoque Mastrill. *decis. 216. n. 30. Gratian. cap. 69. nu. 9. 315. n. 2. 546. n. 29. 922. n. 1. Castillus Sotomayor lib. 5. quosid. controuers. 1010 cap. 95.*

Incitat ad largitudinè differèdi materiæ magnitudo; sed breuitati studentes, omittimus alia hic perstringere, ne lectori fastidiu valeat prolixitas generare. Superest ergò (quia *Discussa est caligo: diluxit, patet, videmus omnia, sūt verba Tullij*) hic claudere, & donationem omninò validam, & bona donata in donatarios transferenda simul cum fructibus, qui vti accessorij ad dominium, Ioc Koppen *de fructibus c. vnic. tit. 1. Gratian. 3. forens. cap. 400. nu. 4. Apicella alleg. 20. n. 1. Bottilier. theore. 109. n. 51. Giurb. obseru. 14. n. 14. Salgado in Labyr. parte 2. c. 20. n. 20. & c. 27. nu. 33. Regens Marcian. 2. dispnt. c. 56. nu. 16. spectant ad dominum, l. 1. & 2. c. de pignor. act. J. Heremnius ff. de usuris Cephal. conf. 63. nu. 3. lib. 1. Gratian. 5. forens. c. 960. num. 12. Cyriac. 3. controu. cap. 535. n. 12. Ideoq; cum soboli, & vxori, quibus specialiter sacratissimæ leges voluerunt esse consultum, nullum debeat præiudicium irrogari, retro donationè viribus vacuandam, quia, vt supra firmauimus, *Gravissimum est per calūniam subtrahi, quod collatum est munificentiæ principali.**

48

49

50



NO.

NOTABILIVM

EXEGESIS.

- | | |
|---|--|
| <p>1 A <i>Dducuntur alia Iura pro totali partis exclusione.</i></p> <p>2 <i>Pars incidit in Scillam, cupiens evitare Charybdim.</i></p> <p>3 <i>Salutem ex inimicis nostris.</i></p> <p>4 <i>Hostem proprio mucrone turbare, singulare est insigne virtutis, ubi praclarus D. Maximi locus adducitur.</i></p> <p>5 <i>Retrocesso duo continet capita correspondencia.</i></p> <p>6 <i>Tota lege perspecta, vel scripta conventionione, semper est iudicandum.</i></p> <p>7 <i>Optimus textus fauens iuribus donatarij.</i></p> <p>8 <i>Conditio debet adimpleri in forma specifica.</i></p> <p>9 <i>Voluntas contrahentium lex est contractuum.</i></p> <p>10 <i>Edictum Pratoris, Pacta servabo, processit de ore Dei, qui petitionibus obligatur.</i></p> <p>11 <i>Pacta servanda.</i></p> <p>12 <i>Sublata fide, omnia confunduntur.</i></p> <p>13 <i>Caroli V. vox tanto Principe digna.</i></p> <p>14 <i>D. Valeriani monitum cordibus hominum insigendum.</i></p> <p>15 <i>Quilibet in rei sua traditione potest legem adycere.</i></p> <p>16 <i>Pactis non servato, repetitio loci habet.</i></p> <p>17 <i>Donatore pacta non observante, non adstringitur donatarius pacta servare.</i></p> <p>18 <i>Princeps a fide conventionis recedens, fidem a subditis sperare non poterit.</i></p> <p>19 <i>Domitij, & L. Crassi libera honestissima libertatis vox.</i></p> <p>20 <i>Qualibet promissio hanc anne-</i></p> | <p><i>xam conditionem habes, si fides servetur.</i></p> <p>21 <i>Frangenti fidem, fides frangatur eidem.</i></p> <p>22 <i>Clausula, nec aliter, nec alio modo, resolutiva contractus.</i></p> <p>23 <i>Eius vires.</i></p> <p>24 <i>Maxima ingratitude pacta non observare.</i></p> <p>25 <i>Contractus est individuum, & quomodo.</i></p> <p>26 <i>Ideo in totum est agnoscendus, vel reprobandus.</i></p> <p>27 <i>... Etiam si plura capita contineret.</i></p> <p>28 <i>Instrumentum non potest pro parte probari, improbari pro altera.</i></p> <p>29 <i>... Pariter hereditas, confessio, testium depositiones, laudum, & quando secus.</i></p> <p>30 <i>Retrocessionis contractus est individuum, maxime ex actionis correspondencia.</i></p> <p>31 <i>Pactum futura devolutionis fuit correspondendum ad retrodonationem.</i></p> <p>32 <i>Actus correspondenti ad invicem sunt servandi.</i></p> <p>33 <i>Argumentum cornutum, siue bifurcatum extrahitur, de quo Patet Molles. lib. 2. q. 6. n. 18.</i></p> <p>34 <i>Conspicuis D. Valeriani locus adducitur pro conclusione.</i></p> <p>35 <i>Nonna difficultas proponitur.</i></p> <p>36 <i>Pactum futura successionis invalidum.</i></p> <p>37 <i>Fallit, si intercederet consensus illius, de cuius hereditate agitur.</i></p> <p>38 <i>Item, si de certis bonis post obitum devolvendis conciperetur, & n. 40. & seq.</i></p> <p>39 <i>Aut matrimonij favorem respiceret;</i></p> |
|---|--|

- 41 *Hoc pactum subsistit, etiam si de
Instituendo sonet & n. 47.*
- 42 *Insignis Antonij Fabri locus af-
fertur n. 49.*
- 43 *In contractibus non attenditur
verborum sonus, sed rei effectus,
mens magis, quam verba, & n. 53.*
- 44 *Non est curandum de qualita-
te verborum, ubi constat de mente
loquentium.*
- 45 *Prior potiorque mens est, quam vo-
cis organum.*
- 46 *Ciceronis verba ad materiam
adducuntur, & n. 48.*
- 50 *Notariorum imperitia mandū,
& conscientias hominum destruit.*
- 51 *Fontanella acriter inhebitur in
Notarios.*
- 52 *Error Notarij nō nocet partibus.*
- 54 *Verba si non respondent volum-
tati, semper impropriantur.*
- 55 *Semper presumitur, quemquam
elegisse viam, quam actus valeat, nō
corrumpat.*
- 56 *Solem FACIBVS illustrare, su-
perfluum, ubi Curinus, Cassiodorus
& Arnobius afferuntur.*
- 57 *Prioris partis epilogus.*
- 58 *Posterioris epitome.*
- 59 *Postrema Synopsis.*
- 60 *Exitus causæ adducitur, ubi
Illustrissimus Bicecensis Episco-
pus, & Ioānes Antonius Molegna-
nus arbitri laudibus afferuntur.*

S Y N O P S I S.

OMnia Iura clamant, conditiones impleri, pacta
seruari * Fidē frangere graue est * Conuentio-
nis legibus nō seruatis, cōtractus ipso Iure resoluitur *
Frustra quis sibi fidem postulat obseruari, qui præsti-
tam à se fidem non seruat * Clausulæ, *Alias non retro-
cessisset*, quanta sit efficacia * Contractus, vti indiui-
duus, in totum approbandus, vel reprobandus *
Pactum futuræ successionis firmatum eius consensu,
de cuius hæreditate agitur, validum * Validissimum,
vbi de certis bonis conciperetur, & matrimonij fa-
uorem respiceret * In cōtractibus non verborum so-
nus, sed rei effectus, mēs magis quā verba sūt attendē-
da * Iuribus cōtrahentiū abrogari ob tenorē instru-
menti malè concepti, Iura non patiuntur * Obiter
imperiti Tabelliones taxantur * Exitus causæ re-
censetur.

P E T I T O R I I

P A R S P O S T R E M A

Studiosè agendum est, ut ea qua promissum est, opere compleantur, cap. qualiter 3. de pactis.

CVM in tanta veritatis luce opinionum tenebras adhuc non reliquerit pars aduersa; opportuni duximus alia lumina, quæ speculû suæ mentis abstergeret, hic adijcere. Itaque esto velimus (citra veri præiudicium) validam retrocessionem asserere, non tamen consequens est, eâ officere donatarijs quia, ut breui manductione nuper ostendimus, tam uxoris quam legitimæ sobolis, iura nulla debent imminutione decrescere. Immo si ipsa retrodonatio æquolibramine ponderetur, donatarijs prodesse potius quam obesse prospicitur; & sic illud Cassiodori veraciter adimpletur, *Mundanis rebus sæpe nascitur de aduersitate prosperitas, & homines cum ladere cupiunt, beneficia frequenter impertiunt, lib. 4. var. epist. 47. & lib. 7. epist. 47.* Sed ò seculi dura conditio! eo usque desudandum est, donec suis aduersarius documentis, veluti proprio mucrone turbetur; quod esse præcipuum virtutis insigne, hisce verbis D. Maximus attestatur. *Validis absque dubio mititur privilegij, qui causam de aduersarijs asserit instrumentis. Speciosa victoria est, contrariam partem charculis suis, veluti proprijs laqueis irrere: testimoniorum suorum vocibus confutare, & amulum selis suis evincere, ut pugnaverit sui argumenta suis probentur utilitatibus militare. homil. 1. in festo Pasche mihi fol. 217. suffragatur Chrysologus serm. 157. n. 5.*

Sed antequam rem expetitam aggrediamur, duximus præmittendum, retrocessionis instrumentum, duò specificè continere, & donatorum retrodonationem, & conventionem habitam inter partes de relinquendis donatario bonis retrocessis in ultimo donatoris elogio, ita quod retrocederentur donata non quoad proprietatem, sed tantum à donatore quoad vixerit possidenda; adiecta subindè clausula. *Mancando detto donante adempire li passi promesso, in tal caso la detta retrocessione sia nulla, & invalida, come se non fosse fatta, altrimenti non l'haurebbe retrocessa; quia sic &c.* Verum quia, *Inciuile est, nisi tota lege perspecta* (vel scripta conventionem, ex gloriæ sententia) *una aliqua particula eius proposita indicare, vel respondere, sunt verba I. C. in l. inciuile. ff. de legibus de quibus P. Molfesius cons. 3. n. 23.* Nollem ut pars aduersa, quæ in hoc retrocessionis instrumento suæ fiduciam spem locauit, quicquam contra huius legis dispositionem, vno dumtaxat capite obseruato, altero verò neglecto, attenter; vellem ut integrum contractum percurrat, illi; cum omnibus suis qualitatibus seruet; cum ne dum inciuile, quam æquitati fit dissentaneum ex parte obligationem probare, ex parte verò respuere, dicente Iureconsulto, *Absurdum videtur partim probare iudiciū, partim euertere, in l. nam absurdum ff. de bonis libert.* Quia tamen euentissimè patet, donantem cum

H 2 po-

postremæ voluntatis cōscriberet tabulas, bona retro donata, donatariū lubrica promissione decipiendo, reliquisse aduersariæ parti, & sic adiectam conditionem non impleuisse; His consequens, ex capite nō sequenti implementi, retro donationem fuisse penitus resolutam. *Cum enim ille non alia lege ius suum transferre passus sit nisi tali fructus conuentione; quomodo ergo ferendum est, aliquam captiorem ex uaria parte in interpretatione? sic pūctualiter pro donatario definitur in l. fin. C. de pactis inter empt. & vendit. & est textus donatorem redarguens in l. Imperatores 34. in illis verbis, ipse tu. hinc p̄na subdidisti ff. de iure fisci; probat. q̄d celsissimus Connanus lib. 5. coment. iuris 6. 10. num. 1. & 2. mibi fol. 380. nouissime Postius. 1. resol. Civil. 1. 46. n. 11. Cum enim regulariter nemo plus iuris in alium trāsferre possit, quam eum constat habere; donator non poterat bona donata partem aduerso relinquere, quod ei non licuit, nisi quoad vixeret possidere; nec licet aduersario ea ex testatoris voluntate tenere nisi dispositioni ille, ad quem spectat eorum dominium voluerit consentire, de quo nos in hoc PETITORIO part. 1. n. 39.*

8 Iurisprudentibus enim placuit, conditionem in aliqua dispositione formaliter adiectam esse specificè adimplendam, l. qui heredibus vbi glos. Bart. & DD. ff. de condit. & demonstr. Crassus §. testamentum q. 52. n. 1. Gamel. 2. var. cap. 12. num. 77. Valquez illustrium contron. c. 91. num. 3. omninò Giurba decif. 111. n. 4. & 5. Regens Marinis 1. quotid. c. 87. Nam cum generaliter ex conuentione contractus formam, & normam accipiant, l. 1. §. si conueneris. ff. de posui. l. stipulationes commodissimam. ff. de verb. oblig. Cyriac. 1. contron. c. 129. n.

12 & c. 63. num. 46. Apicell. alleg. 22. n. 7. Barbol. in princ. iuris v. Contra. ctus n. 54. Gratianus. 3. forens. c. 527. num. 15. Gaitus de credito c. 4. quasit. 11. n. 1381. Rota apud Postium post tract. de manus. decif. 38. n. 5. idē Postius 1. resol. Civil. 1. 42. n. 2. Confiliar. Pratus 2 forens. c. 47. n. 11. Zachias de Salario q. 9. num. 8. Caspar Clock de Arario lib. 2. c. 84. n. 105. Vndē vulgatum illud, Voluntas contrahentium lex est contractū, l. cōtractus ff. de reg. iuris. l. non omnis ff. si seruum pecatur Hering. de fideiussor. c. 20. §. 12. n. 31. Naturalisatione consentaneum est, fidem, pactum, atq; constantiam conuentorum seruare, l. 1. ff. de pactis c. 1. eodem Castill. Sotomayor 5. contron. c. 80. num. 21. Leonardus de usuris q. 15. n. 14. Zachias ubi supra n. 3. Barbol. d. tract. v. Pactum & v. Conditiō n. 35. Riccius decif. 335. lib. 3. Confil. Straiban. 1. resol. 19. num. 8. optime resol. 36. n. 1. & seq. Ex quo Baldus scriptum reliquit, Edictū Prætoris, **PACTA SEB- TABO**, processisse de ore Dei organo ipsius Prætoris, in rub. de Constit. & in l. 1. ff. de pactis ipsūq; Deum pactionibus obligari, iterum. c. 45. Dec. conf. 292. num. 7. Decian. Alex. Neui. Brunus Vesemb. apud Daniel. Otto de iure publ. c. 8. fol. mibi 189. plena manu Marotta 1. disput. c. 25. per totum, & Magnum illud sapientiæ humanæ miraculum, & oraculum Salomon, cæli discipulus, orbis vniuersi magister, *Fili mi (inquit) si quid spondidisti alteri, de finisti exseruo volas tuas, illaqueatus es verbis oris tui: capius es enunciationibus oris tui.* Prouerb. 5. vers. 1. quod perbellè expressit Ouid in Metam. vbi promissor ei, cui promiserat, ait, *Vox mea facta tua est.* Firmant Beccius conf. 45. num. 6. vol. 1. Schraderus de feudis part. 10. sect. 1. num. 60. fusiori

cala-

calamo Niger Cyriac. 1. *controu. c.*
 29. n. 14. Thorus *vos. 84. nu. 27.* Re-
 gens Capyc. *Latro tom. 1. consult.*
 54. num. 32. Pratus 1. *discept. c. 27. n.*
 73. *latius lib. 2. c. 50. num. 63.* nam-
 reuera, Nil ita fidei congruit hu-
 manæ, quam ea, quæ placuerant,
 custodiri, *l. non minoræ C. de transact.*
 Borrell. *in summa decis. parte 1. tit.*
 60. *de iuramento num. 30.* Zasius *in l.*
Princeps num. 7. ff. de legibus & cons.
 10. n. 5. *lib. 2.* Hinc Romani, & si qui-
 dem omnibus virtutum generibus
 exercendis, omnium tamen maxi-
 mæ, atq; præcipuè fidem colendo
 tam publicè, quam priuatim, ad tā-
 tam amplitudinem peruenerunt, re-
 fert Aulus Gellius inter micantissi-
 mas eius noctes, *lib. 20. c. 12.*

Quandoquidē sublata fidē quid
 aliud remanet præter perfidiā? *Vbi*
fides deficit, ait Signorol. omnia ea
neceffe est infici, quæ ex fide effectū su-
mmunt, cons. 5. col. 2. & Appius apud
 Liuium *lib. 6. in fin. Cum fide, dixit, om-*
nem humanam societatem tolli, quia,
vt clamat auctoritas Consultorum,
Fidē fallere graue est, l. 1. ff. de constit.
pecun. Vefemb. in l. 1. n. 1. C. de pactis
affluenter Iacobus Sculthes parte 2.
qq. iuris q. 70. num. 200. Hering. *de*
fide in ff. c. 27. parte. 1. num. 300. Zasius
cons. 8. n. 27. & cons. 15. nu. 143. lib. 1.
 Theodorus Reinkinck *de regimine*
lib. 2. class. 1. c. 2. num. 6. ficuti seculo-
 rum omnium memoria celebratur
 vox illa potentissimi Cæsaris Caro-
 li V. dicentis, *Etiā si fides toto terra-*
rum orbe exularet, apud Imperatorem
immaculata manebit, de quo Bodin-
us de Republ. lib. 5. c. 6. Tolosan. eod.
tract. lib. 8. c. 8. num. fin. Daniel Otto
dissert. de iure publico c. 8. quest. 1. fol.
mibi 196. memor Polibij historico-
 rum faciliè principis, commonentis,
 Nil maius, aut præclariùs, quàm malle
 vitam in exilio trahere, dimissis domi-

bus, sepulcris, templis, fortunis,
 omnibus deniq; rebus necessarijs, potius,
 quam aliquod violata socijs fidei signū
 præferre, *lib. 2. hist. liquidē, D. Vale-*
 riano testante, *actius est non promit-*
tere, quam promissa fraudare; ubi quā-
uis homo inhumanitatis addeatur culpa,
nulla tamen subdola, circumuentionis
granatur iniuria, hominū. 4. fol. mibi. 4.
 legantur Io: Cokier *vir selectissimæ*
lectionis in Thesaur. polit. aphorism.
lib. 2. c. 12. & 13. Marlianus *in Thes-*
aur. politico c. 14. P. Cornetius à La-
 pide *in Proverb. Salom. c. 17. vers. 7.*
mibi fol. 425. Patrius *de Regno lib. 8.*
tit. 20. Lepsius *lib. 2. politic. c. 14.* Cal-
 laneus *in Catalog. gloria mudi part. 5.*
cōsid. 13. Cicer. *lib. 3. offic. Hortontan.*
qq. Illustrium q. 7. Duaren. *in l. 1. de*
pactis Petrus Pekius in c. mutare n. 5.
de regul. iuris & nos graphicè, auspice
 Deo, *in MVS AEO politico-Christiano*
parte 1. in Norma Principū axiom. 16.

Impensius dicebamus in factō,
 dum prænarrata condentio ne dum
 rationabilis, sed iuri fuit consensi-
 ens, ad text. *in l. Iuris gentium. S. Pra-*
tor act. ff. de pactis l. cum amplius ff. de
regul. iuris Riccius collect. 3131. Re-
 gens Capyc. *Latro decis. 149. nu. 13.*
 Consil. Staiban. *1. res. fol. 100. nu. 10.*
 Et quod possit quilibet in rei suæ
 traditione eam legem adijcere, *l. in*
traditionibus 49. ff. de pactis Gratian.
4. forens. c. 769. n. 4. & lib. 5. c. 803. nu.
5. Fontan. *clausul. 5. glos. 10. parte 1. n.*
21. Nouar. *lib. 2. forens. q. 100. nu. 15.*
 latè Præsul Maranta *1. respons. 32. n.*
 13. *latius Alfonso de Olea de Cef-*
sione iurium tit. 2. q. 2. n. 11. cui si nō
 satisfiat, rem ipsam repeterē, & con-
 dicere possit, sunt iura perspicua
in l. 2. C. de usucap. pro empt. l. vendi-
tor. ff. de distract. pignor. l. 1. & 2. C. de
donat. qua sub modo l. cum se, & l. fin. C.
de pactis inter empt. & vendit. & alia
 magis recondita *in l. ea lege. C. de re-*

rum

rum permut. l. 2. ibi, Si placita obseruata non essent, donatio resolveretur C. de condit. ob causam. Hoc enim in calu cenferur, Tali conditione collatum, quod ea cessante debeat reuocari, optimè Summus Pontifex in cap. verum, de condit. appositis firmant Robertus 3. rerum iudic. c. 14. Peregrin. de fideicom. art. 51. n. 73. Anton. Monac. decis. Florent. 21. nu. 13. Gamma decis. 45. nu. 3. Hering. de fidei iuss. c. 10. num. 461. Poltius 1. resol. Civil. c. 146. num. 11. & seqq. Gratian. & Olea locis adductis Borrell. conf. 47. n. 35. Ioseph Vela dissert. 37. n. 35. Thorus vol. 84. nu. 33. Gaitus de Credito c. 4. quasit. 7. nu. 456. Regens Sanfelic. decis. 157. num. 1.

17

Donator itaq; cum bona retrodonata, dum suæ condidit moderamina voluntatis, non reliquerit donatario, & sic adiectam conditionem nõ adimpleuerit (*Quod sames Prator impleri provideas, iussit Cæsar in l. nec ignorans Q. de donat.*) non adstringitur donatarius retrodonationem habere ratam. *Nec tu ei* (respõdit Summus Pontifex) *etiam si promissum tuum iureiurando, vel fidei obligatione, interposita cõditiõne firmasset, aliquatenus teneris, si constat eum conditioni minimè paruisse, in cap. peruenit, il secõdo, de iureiurando, congruit textus in l. cum proponas la seõnda, ibi, Aduersario vis illa concedendum nõ est, nisi ea qua placita sunt, adimplere paratus sit C. de pactis, probant Roland. conf. 53. n. 31. Cornaz. decis. 160. n. 7. Amatus decis. 50. num. 14. & 94. num. 4. Monter. decis. 19. Magon. decis. Florent. 66. n. 6. & 142. n. 5. Rota apud Postium post tract. de manus. decis. 244. nu. 11. Io: Koppen decis. 12. n. 18. Marescor. 1. var. c. 88. 89. & 90. Hartman. Pistor. lib. 1. qq. Iuris q. 22. Hering. ubi supra nu. 480. Zangerus de except. part. 3. c. 20. opti-*

mè Io: Alfonsus Gennarell. prag. 8. de falsis. n. 41. Zacchias de Salaris q. 65. nu. 22. Rationem adnectit Pontifex, quia, *Frustra sibi fidem quis postulat ab eo seruari, cui fidem à se præstam seruare recuset, cap. frustra, de regul. Iuris in 6.* Taliter quod si Princeps, & si in amplissimo maestatis culmine collocatus, à fide conuentionis recesserit, eam à subditis sperare non poterit, *l. si quis maior, vbi DD. C. de transact. Bald. in c. unico. S. porro, qua fuit prima causa feudi amis. iuxta illud, Fidelis Herus, Fidelis seruus, & aliud: Si Princeps promissa seruat, & nos seruabimus.* Quandoquidem in contractibus licet à conuentione alteri contrahentium resilire, quando alter in complendis conditionibus deficit; Si ergò à pactionibus recedunt Principes, non debet obligatio nocere subditis, rãquam parti immeritò læsæ, cum suo peccato nemo lætari debeat, nec alterius iniuria verti in detrimentũ partis innoxia, egregiè *Alciatus resp. 167. nu. 10. Daniel Otto infracitand.* Hinc Archiepiscopus Maguntinus, cum ageretur de abdicatione Henrici IV. aiebat: *Quem meritum inuestiuimus, quare immeritum non deuestiamus?* Quo casu fiet Princeps ab omnibus exul, qui omnium fuerat præsul, Theodorus Reinckinck de regimine seculari lib. 2. class. 1. c. 2. nu. 8. Nam reuera, à conuentorum fide nemo fauore, priuilegio aut dignitate eximitur, Petrus Peck in d. c. frustra Zangerus loco laudato Nouar. tom. 1. de grauam. vassallor. præud. 4. infinitos adducit Daniel Otto dissert. de Iure publico cap. 8. quasit. 1. congruunt ea, quæ congerunt Hottoman. illustrium qq. q. 1. Facchinæus 9. controu. c. 58. Iacob. Sculthes q. 70. n. 512. parte 2. Zasius §. de constituta, de action. & conf. 1. n. 103. vol. 2.

vol. 2. Cassanæus in Catalogo gloria mundi d. parte 5. consid. 13. Nicolaus Reusnerus conf. 1. num. 72. lib. 1. Herman. Vulteius conf. Marpurg. 35. nu. 87. & seq. & conf. 19. num. 141. vol. 3. Theodorus Reinkinck de regimine d. lib. 2. class. 1. 1020. c. 2. mihi fol. 359. & seq. & nos in nostro MVSAEO part. 1. in norma Principum d. axiom. 16.

Hinc legibus 12. tab. patronus clienti fraudē faciens, ignominia afficiebatur, Halicarn. lib. 2. Gaill. 1. de pace publ. c. 2. nu. 21. Scitum est illud oratoris Domitij: *Cur ego te habeam vs Principem, cum tu me non habeas vs Senatorem?* can. esto subiectus S. sci. d. dist. 95. & aliud L. Crassi ad Conf. Roman. *Ego te Consulem putem, cum tu me non putes Senatorem?* quam vocē honestissimæ libertatis authumat Quintil. lib. 11. *Oras. instit.* Euidētissimi siquidem Iuris est, quālibet promissionem hanc semper annexam conditionem habere, *Si fides sibi seruetur*, l. instituta ff. de inoffic. test. l. si conueneris ff. pro socio can. si infidelis 28. q. 2. Bart. in l. quaro S. inter locatorem. ff. locati late Mascardus de prob. concl. 1394. n. 12. & cōclus. 890. Bortrell. in summa lib. 1. tit. de except. nu. 97. ex multis Viscontus in Concluf. v. exceptio non adimplementi Regens Capyc. Latro tom. 2. consult. 139. nu. 18. Zacchias d. q. 65. n. 22. Homobonus de Statib. visa humana parte 2. c. 21. in fin. fol. mihi 708. Herman. Vulteius conf. Marpurg. 18. nu. 36. vol. 1. Nec recipit quod oportet, qui non fecit quod debet, d. can. esto in glos. dist. 95. d. c. frustra post multos Mascard. locis adductis, & Theodorus Reinkinck de regim. lib. 1. class. 5. c. 4. num. 16. mihi fol. 274. vnde vulgata carmina,

21 *Fallere fallentem, fraudemq; repellere fraude,*
Exemptoq; licet ludere quoq; sub.

Prænarratis atteximus, quia in retrodonationis contractu intercessit clausula, *Aliàs non retrocessisset*, quæ in lure tantæ prospicitur efficaciz, vt non adimpleta conditione perindè ac si nil actum esset, habetur, Intrigliol. decis. Sicil. 21. num. 12. Farinac. decis. 115. num. 6. tom. 1. Mascard. vetustiores referens citatis locis Menoch. conf. 38. n. 22. lat pulchrè conf. 922. nu. 34. & seqq. ex alijs Cyriac. 1. conuon. c. 110. n. 4. & 136. n. 7. Gratian. 2. forens. c. 307. num. 5. Matt. vol. 48. num. 11. Barbol. de claus. tota claus. 39. Anna alleg. 140. num. 13. omninò Staib. 1. resol. 36. num. 15. & seq. Postius resol. Civil. c. 146. nu. 11. Perlius conf. civil. 46. nu. 3. Marescot. plurima coaceruans 1. var. c. 90. n. 1. & 2. Reg. Capyc. Latro decis. 2. n. 36. Gizzius ad eundem Regentē obseru. 99. Regens Merlin. 2. cōuon. c. 27. n. 27. Etiam si non implementum verificetur in minimo, ex alijs Mascard. d. concl. 1394. nu. 25. Riccius collect. 1245. post multos Zacchias d. q. 65. n. 23. Marotta 1. cap. 25. nu. 27. Conditionis enim defectus habet oculos retrò ad tempus dispositionis, Tiraquell. in l. si unquam v. Reuertatur n. 277. Barbol. in princip. Iuris v. Conditione n. 36. relegendus Viscontus d. v. Exceptio, vbi recensuit, hanc non implementi exceptionem semper opponi, tametsi statutum omnes exceptiones reijceret: pariter posse iudicè ex officio hanc admittere, etiam parte non opponente. Immodè ita mirabilis est, vt potestati tribuat donatario capiendi bona retrodonata autoritate propria, vt copiosè probat ex alijs Gratiamus 3. forens. c. 515. præsertim vbi conditio vtilitatem respiceret donatarij, qui sine illa (vt in facti specie) retrocessionem vtiq; non fecisset; vnde procul dubio diceretur causa. fina.

22

23

finalis, *Surd. conf. 164. n. 30. Mastrill. decis. 301. n. 19. Castill. decis. 106. n. 19.* Non enim hic fuisset donatarius contracturus, nisi cū pacto reuerfionis, ad text. *in l. cum eiusdem 34. ibi Cum manifestum sit, non nisi omnes ff. de adil. edito Cyriacus 3. controu. c. 546. n. 42. Marott. d. c. 25. n. 28.* Quare si nō impletur, cōtractus resoluitur, *Camill. Medices conf. 77. num. 3. 10. & seqq. omninō Staib. quo supra num. 21. & 22.* et si conditio modalis appellaretur, *Marefcot. d. c. 90. nu. 7. ex Rouito Staib. 1. resol. 88. n. 36.* ad materiam Regens Merlinus 2. *controu. 40. nu. 1. & seq.* Nec admittitur purgatio moræ, etiam de æquitate Canonica, *Grat. 4. forens. c. 786. in fin. Staiban. d. c. 36. & c. 17. num. 9.* videndus Menoch. *conf. 922. n. 36.* latè Marotta *d. c. 25.* Nec deinceps facienti Iura indulgent, *Marefcot. ubi supra.* Et hoc quia, cum hæc clausula sit taxatiua, omnes alios negat modos: inducit formam: omnemq; reijcit interpretationē, *Alex. Alciat. Menoch. Borrell. Tiraq. & alij apud Hering. de fideiuss. c. 10. nu. 474.* conducūt tradita ab Alfonso de Olea *de cessione tit. 2. q. 2.* Nec Iuramentum præbet obstaculum, quandoquidē cum illa fuerit (vt prædiximus) resoluta, iuramentum intelligitur quoq; remissum; ad eò quod nec absolute opus est, vt in terminis cōcludunt Doctores, quos refert, & sequitur *Mascard. d. conclus. 1394. nu. 20.* post eum Anton. *Corneus de absolut. forens. iuram. part. 4. toto cap. 15.*

Et quod ex hoc, quia cōditioni nō paruit, sit donator. ingratiitudinis macula respargendus, voluit acerrimi vir ingenij Antonius Faber, cum ait. *Ex causa non sequuti implemēti donatio ipso iure reuocata intelligitur, licet donationi non sit inserta clausula illa vulgaris, vt si conuentionibus*

satisfactum non esset, donatio resolueretur. Quidni enim ob non seruatas pactiones perinde ipso iure euertatur, ac ex alijs ingratiitudinis causis? Cum vel omnium maxima ingratiitudo sit: pacta non seruare, in C. lib. 8. tit. 38. de fin. 12.

Si ergo donator pactum reuerfionis ad donatarij beneficium nō impleuit, qua lege, quo iure poterit hic contractus donatarium obligare? frustra quis se ipsum soluere nititur, qui & ipse vinculis irretitur: et qui eiusdem obligationis nexibus stringitur, frustra alterum ad obseruantiz fidem reuocare conatur, *Noguerol. alleg. 6. num. 70. 71. Gratian. 1. forens. c. 143. n. 48. & lib. 2. c. 307. nu. 3. & seq.* Regens Merlinus 1. *controu. c. 53.* Regens Capyc. *Latro 1. consult. 54. n. 31.* Baldaxar de Ayla *de iure belli toto cap. 6.* latius Hering. *de fideiuss. c. 19. nu. 88. cum seqq.* est celebris *Nouella Leonis Imper. 34.* Contractus enim cum sit indiuiduus, *l. stipulationes nō diuiduntur ff. de verb. oblig. l. si ita stipulatio 39. ff. de operis liberis. l. cum fundus S. seruum unum ff. si ceruum petatur, Bald. in l. peremptorias n. 12. c. sentens. rescindi non pos. ex multis Cyriac. 1. controu. 90. nu. 13. & lib. 3. controu. 535. n. 5.* *Cencius de censibus parte 2. c. 1. q. 1. ars. 6. nu. 20.* optimè *Confil. Pratus 3. forens. c. 30. n. 18.* *Marotta 1. disp. c. 27. n. 17.* de veritate *Bottilier. de succes. theorem. 36. n. 8. & seq. & 88. n. 19.* vti totus in toto, & totus in qualibet parte totius *Griuell. decis. dolan. 99. n. 19.* ne dum ratione iuramenti, quod est indiuiduum, ex alijs *Seraph. de priuileg. in ram. priuileg. 107. nu. 29.* *Gratian. 4. forens. c. 749. nu. 9.* *Præses de Franchis decis. 173. n. 6.* *Olafcus conf. 9. nu. 14.* *Regēs Merlin. 1. cōtron. cap. 22. n. 14.* *Regens Capyc. Latro tom. 2. consult. 87. nu. 3.* *Marotta c. 37. nu. 10. & 19.*

Can-

Cancerius latè hoc explicàs 3. var. c. 17. num. 83. Sed & stipulationis, quæ appositæ est in re indiuidua, Polidoro. Ripa de re diuid. & indiuid. sect. 4. num. 3. aut in totum agnoscendus, aut in totum est reprobandus, d. l. si ita stipulatio §. fin. l. cum quaritur ff. de admin. tutor. l. 27. ff. de procurat. Menoch. conf. 161. num. 9. & 37. Barbof. in princ. iuris v. Contractus num. 58. Borgninus decis. 31. n. 38. Surd. decis. 258. num. 4. Costa Siculus decis. 84. num. 19. Gratian. 2. forens. c. 301. num. 57. Cyriac. d. c. 90. num. 15. Hering. de fideiuss. c. 5. nu. 179. & 180. Duardus de Censibus decis. 287. Thorus parte 3. v. Assistentia præstari an debet fol. 87. & vos. 83. num. 11. Regens Merlin. 2. controu. cap. 69. num. 14. Regens Capyc. Latro decis. 104. num. 29. & seqq. Pratus 2 forens. c. 14. nu. 35. & 47. n. 3. & c. 48. nu. 43. Alphonsus de Olea de cesson. tit. 2. q. 2. nu. 4. etiam si plura capita contineret, Angel. conf. 145. n. 2. Curtius Senior conf. 54. n. 4. Gabriel. conf. 168. q. 2. n. 11. lib. 1. Surd. conf. 217. num. 9. lib. 2. Cencius ubi supra n. 21. maximè (vt in proposita facti specie) existente clausula, Aliàs non retrocessisset, Cyriac. 1. controu. cap. 35. num. 14. Regens Capyc. Latro decis. 30. num. 9. Taliter quod qui contractum pro se agnoscit, debet etiam contra se illū agnoscere, Tiraq. de retract. conuent. n. 2. in fin. Simon de Petris de interpret. ult. vol. lib. 5. dub. 4. n. 66. Surd. conf. 60. n. 12. Regens Tappia decis. 2. n. 214. Ea potissimū ratione, quia vna eademq; res non debet diuerso iure censeri, *Lenm qui ades ff. de vsucap.* Barbof. d. tract. lib. 1. nu. 48. relatis alijs Regens Latro d. decis. 104. n. 29. & 30. Rota apud Postiū de manus. decis. 244. n. 7.

28 Sicuti quoq; dicimus, instrumentum non posse in parte probari, improbari pro altera, Gratian. 4. forens.

c. 717. nu. 16. Gait. de cred. c. 2. tom. 8. n. 2613. Salgad. Laby. par. 2. c. 6. n. 30. plenissimè omnium Marotta dispus. forens. c. 4. nu. 10. & 14. Pariter hæreditas nec in parte agnoscitur, nec in parte repudiatur, dicente Iustianq, Absurdum esse, hæreditatis partem respicere, partem agnoscere velle: sed aut omnia accipere oportet, aut omnia repudiare, in l. unic. §. in his itaq; C. de caducis tollend. l. quidam elogio §. fin. C. de iure delib. l. 1. 2. & 80. ff. de acqu. hered. Bottil. theorem. 57. nu. 12. Salgada in Labyrintho credit. parte 2. c. 18. n. 21. Marotta 1. disp. c. 18. nu. 48. Vicissim confessio eadem oratione complexa, aut in totum reiici, aut in totum debet cum sua qualitate probari, Gratian. 2. forens. c. 339. Caualc. decis. 16. n. 19. parte 2. de contract. Tepatus var. iuris sent. lib. 1. tit. 193. de confessis, & confessionib. c. 5. quidquid etiet in separatis, Caualc. ibid. decis. 27. Tepatus ex alijs ubi supra Io: Petrus de Ala de Advocato, & can. fidico Christiano q. 63. mihi f. 86. Boerius decis. 234. nu. 3. Caracciol. decis. 32. nu. 11. optimè Marefcot. 2. resol. cap. 45. Similiter depositiones testiū nō possunt pro parte scindi, sed in totum admittendæ, aut in totū sunt reprobandæ, Præfes de Franchis decis. 173. n. 7. ibidemq; addentes, Noguerol. alleg. 26. n. 76. etiam si essent articuli separati, Padilla in l. ex falsis v. quaris C. de transact. Amendola ad d. decis. de Franchis nu. 6. Ascia determ. 21. nu. 6. & seq. copiosius Gratian. 4. forens. c. 749. num. 6. quo loci asserta Surdi aliter sentientis reiiciuntur, sed pro claritate cōsule Ioseph Mele addit. ad Gizzar. decis. 86. nu. 11. Thor. par. 3. v. Testes examinati super diuersis articulis. Tandem laudum, ratione indiuiduæ compromittentiū voluntatis, nō potest in partibus acceptari, sicuti pro parte sententia iudicis

29

dicis potest agnosci, Praefes de Fran-
 ch. d. decis. 173. ubi sic definitum in
 S.R.C. refert, sed agrè tulit Cancr.
 3. var. t. 17. n. 80. & seqq. ubi contra
 Praesidentem, virum alloquin peri-
 tissimum, refert decisum; sequitur
 Staiban. 1. resol. c. 57. n. 29. & seqq.
 at ille vindicatur nuperrimè a Ma-
 rotta 1. controu. forens. d. cap. 37. n. 19.

30 Cum itaq: retrocessionis contra-
 ctus sit indiuiduus, quam indiuidu-
 itatem pariter ex pactiois correspec-
 tiuitate (vt mox dicemus) assuit; pars aut in totum reijcere, aut in to-
 tum adstringitur approbare; velle
 enim in parte seruare, in parte verò
 rescindere, nimis esset incompatible
 Reg. Capyc. Latio d. decis. 104. n. 29.
 ad stipularur Anellus, cognomento
 familiae, condimento naturae, merito
 vltoris Amatus cons. 6. n. 17. & 20.

31 n. 31. Expediti siquidem iuris est, pa-
 ctum futurae deuolutionis fuisse cor-
 respectiuum ad retrodonationem,
 cum huius contemplatione factū sit
 in eodem contractu, Honded. cons.
 82 n. 56. Castill. decis. 69. n. 10. Surd.
 cons. 457. n. 21. Gratian. d. cap. 692. n.
 39. Regens Latio decis. 56. n. 2. & 3.
 Tondurus 2. resol. civil. t. 148. n. 8.
 Immo causam finalem eiusdem,
 Gratian. ibid. n. 40. Decian. cons. 32.
 n. 116. lib. 2. vberissime Martota 1.
 controu. forens. t. 27. n. 5. tam seqq.
 quod euidenter patet, quia sine tali
 promissione donatarius non retro-
 donasset, ex istis verbis, *In tal caso se
 deira retrodonatione sia nulla, & inu-
 lida, come se non fosse fatto*; quo casu
 dubio procul diceretur actus corre-
 spectiuus, etiam si haberent causam
 separatam, insigniter Gratian. d. cap.
 924. n. 1. & seqq. & nos laudis in
 PETTIORII parte 1. n. 28. 27. fortius
 in praesenti, dum ex eodem fonte
 haurit, l. cum eiusdem S. inter decem
 ff. de utilit. cuius Bart. Decius Tiracq.

& ceteri apud Giurb. decis. 83. n. 20.
 Gratian. d. cap. 692. n. 43. Regens La-
 tto d. decis. 56. n. 13. copiosè consula.
 54. n. 34. lib. 1. Prarus 2. forens. t. 42. n.
 2. & seqq. Atqui in correspectiuis
 actibus qui vult sibi pactum, & con-
 ditionem firmiter, formiterq; serua-
 ri, debet & ipse obseruare alteri, De-
 cius cons. 282. n. 9. Cravett. cons. 463.
 n. 9. Menoch. cons. 254. n. 47. & 92.
 n. 42. Beccius cons. 58. vol. 1. Regens
 Latio d. cons. 64. n. 35. Cyriac. 1.
 var. t. 129. n. 1. & t. 51. n. 1. ex inu-
 meris Hering. de fideiussor. c. 10. n. 1.
 180. Theodorus Reinkinck de argum.
 lib. 1. class. 5. s. 4. n. 15. Prarus quo su-
 pra. His ergò finitimum, si pars re-
 but velit subtrahere pacto, oportet
 vt correat retrocessio, l. etiam S. de
 hoc d. in suff. de minor. l. fin. ff. de acce-
 pit. Gratian. Giurb. & Capyc. Latio
 totis tractat; videretia retrodo-
 nationi tribuet firmitatem, pactum
 necesse est ratum habeat, ex regula,
 qua praediximus, contractū non pos-
 se in parte subsistere, in parte verò
 nutare, aut vtrūq; oportet vt valeat,
 aut vtrumq; vim veritatis amittat.

Concludendum est ergò, retro-
 donationem ob non impletam pro-
 missi fidem (cuius actio ad donata-
 rij heredes quoq; transfunditur, Au-
 ton. Faber in C. lib. 8. tit. 38. de fin. 14.)
 fuisse penitus resoluta; Ideoq; bo-
 na retrodonata ad donatariam om-
 ni iure reuera, vt in terminis clausit
 quibq; Menoch. d. cons. 92. n. sine
 Quandoquidem. Si promissioni facta
 quis factis fecerit, & studio voluntatis
 implende fidem placitis exhiberet, ne-
 minem unquam repetitio debiti cogna-
 ra confunderet. Sed quia hoc vult anti-
 cipatam fides hanc suscipiat, necesse est
 aliquod eius bonum, aut utilitatem
 in parte motum, ut dicitur in capro-
 brare per fidem, inquit D. Valerianus
 d. lib. 14. ut promissio non re dicitur.

32
 33
 34
 35

35 Ex hoc igitur quasi flumine quidam videtur riuulus altercationis exire . Ambigi poterit , an subsistat hoc pactum futuræ deuolutionis? quod adèd Doctorum torfit ingenia , vt quibusdam affirmantibus , negantibus alijs , pleriq; deniq; distinguentibus , adhuc lis sub Iudice iudicetur . Dum itaq; pars aduersa negantium sectatur vestigia , generalibus iuris regulis sic opponit . Pacto hæreditatem donari : in contractu hæredem fieri ; successorem in actibus inter viuos institui , & iuri & dissonat æquitati , *l. hæreditas C. de pactis conuentis* . Cum enim hoc pactum sit contra bonos mores , vt liberam testandi auferēs libertatem , *l. cum duobus §. idem respondit . ff. pro socio* (nemo enim potest sibi testandi facultatem præripere , *l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. l. pactum l. licet , l. fin. C. de pactis*) pariter votum inducat captandæ mortis , *d. l. fin. C. de pactis* , à Iure , etiam si esset Sacramento firmatum , penitèus improbat , *l. non dubitasti Iuris C. de nã numer. pecun. c. non est obligatorium de reg. Iuris in 6. Ofsalus decis. 100. n. 31. Crasius §. successio ab intestato q. 9. n. 6. Castill. Sotomayor 3. controu. c. 9. Thesaurus decis. 225. nu. 1. Thesaurus filius. 2. qq. forens. q. 79. Hartman. præct. obseru. lib. 2. tit. de pactis c. 3. Hartman. Pistor 4. question. Iuris q. 2. & 6. Toming. decis. 57. Robles de represent. lib. 2. c. 16. nu. 3. Tondutus 1. resol. Civil. cap. 69. Schinfordeger. ad Fabrum lib. 1. tract. 29. q. 2. Staiban. 2. resol. c. 182. Bottilier. theorem. 42. n. 21. Moccia in Sylua toto cap. 1. Rubens in nouissimis Rosa decisionibus parte 6. tota decis. 33. mihi fol. 64.*

Sed in aquis defluentibus fundamentum ponitur , in rebus labentibus opinio solidatur , quamuis enim apud complures hoc iuris statuatur

indubij , creberrima tamen est aliorum sententia , qui dixerunt , hoc pactum subsistere , si intercederet (vt in casu proposito) consensus illius , de cuius hæreditate tractatur , ex verbis Iustinianæis in *d. l. fin. C. de pactis* , ibi , *Nisi ipse , de cuius hæreditate pactum est , voluntatem suam eis accomodauerit* , firmant Gabriel *1010 conf. 137. præcipue num. 23. lib. 1. Menoch. conf. 1028. n. 9. & conf. 92. n. 45. & 591. nu. 5. Gratian. 1010 cap. 692. Molfes. conf. 38. n. 16. Fontan. claus. 4. glos. 9. p. 4. n. 4. vbi sic testatur decisum Merlin. de legitima lib. 3. tit. 2. q. 25. nu. 3. Mauritius Apicella alleg. 21. nu. 8. Thesaurus pater , & filius cum alijs locis adductis Censal. ad Peregrin. de fideicõ. miss. art. 51. mihi f. 339. neruose Corasius lib. 6. miscellan. c. 17. n. 7. etiam si non interuenerit iuramentum , Franciscus de Andrea Senior *infra laudandus n. 20.**

Verum si facti veritas diligenter inspicitur , non quæstio similis , sed multum dissimilis inuenitur . Non enim hic agitur de tota facultate donantis , vt in contrarium loquuntur præcitati Doctores , sed de bonis dumtaxat donatis post donatoris obitum donatario deuoluèdis ; quo casu idèd pactum de illis bonis conceptum subsistit , quia nec votum inducit captandæ mortis , nec testandi adimat factionem , cum de reliquis bonis liberum donanti superfit arbitrium , post priscos Thesaurus *d. decis. 225. nu. 11. filius d. q. 79. n. 12.* vbi sic testatur decisum , Crasius *d. §. successio q. 39. nu. 52. Hartman. præct. obseru. tit. de pactis q. 8. nu. fin. Vesemb. conf. 38. n. 52. Gaill. 2. obseru. 126. n. 8.* quo loci ex mente Iasonis sententiã hanc Euangelicam dixit , Honded. *conf. 40. n. 33. lib. 1. lq. Sandæus decis. Frisia 19. c. 1. tit. de fideicommiss. Molfes. d. conf. 38. n. 11. & tit. de renunc. q.*

dicis potest agnosci, Præses de Fran-
ch. d. decis. 173. vbi sic definitum in
S.R.C. refert, sed ægrè rulit Cancer.
3. var. c. 17. n. 80. & seqq. vbi contra
Præsidentem, virum alloquin peri-
tissimum, refert decisum; sequitur
Staidan. 1. Resol. c. 57. nu. 29. & seqq.
at ille vindicatur nuperrimè a Ma-
rorta 1. controu. forens. d. cap. 37. n. 19.

30 Cum itaq: retrocessionis contra-
ctus sit indiuiduus, quam indiuidui-
tatem pariter ex pactiois correspec-
tuitate (vt mox dicemus) asuitit;
pars aut in totum reijcere, aut in to-
tum adstringitur approbare; velle
enim in parte seruare, in parte verò
resoluere, nimis esset incompatible
Reg. Capyc. Lacro d. decis. 104. n. 29.
ad stipularur Anellus, cognomento
virtutis Amatus cons. 8. nu. 17. & 20.

31 n. 32. Expediti siquidem iuris est, pa-
ctum futuræ deuolutionis fuisse cor-
respectiuum ad retrodonationem,
cum huius contemplatione factū sit
in eodem contractu, Honded. cons.
82 n. 56. Castill. d. res. 69. n. 10. Surd.
cons. 457. nu. 21. Gratian. d. r. 692. nu.
39. Regens Lacro decis. 58. n. 2. & 3.
Tondurus 2. resol. civil. c. 148. num. 8.
Immo causam finalem eiusdem,
Gratian. ibid. nu. 40. Decian. cons. 32.
num. 118. lib. 2. vberimè Martea 1.
controu. forens. c. 27. num. 5. cum seqq.
quod euidentè patet, quia sine tali
promissione donatarius non retro-
donasset, ex illis verbis, *In tal caso la
dessa retrodonatione sia nulla, & inu-
tilida, come se non fosse fatta*; quò casu
dubio procul diceretur actus corre-
spectiuus, etiam si haberent causam
separatam, insigniter Gratian. d. r.
cap. 924. n. 1. & seqq. & nos laudis in
PETTORIAPA 1. nu. 28. 27. fortius
in præsentem, dum ex eodem fonte
flunt, l. cum transsum S. inter decem
ff. de iur. iudic. Bart. Decius Tiracq.

& ceteri apud Giurb. decis. 85. n. 20.
Gratian. d. cap. 692. n. 43. Regens La-
tro d. decis. 56. n. 13. copiosè consult.
54. n. 34. lib. 1. Pratus 2. forens. c. 42. n.
2. & seqq. Atqui in correspectiuis
actibus qui vult sibi pactum, & con-
ditionem firmiter, formiterq; serua-
ri, debet & ipse obseruare alteri, De-
cius cons. 282. n. 9. Crauert. cons. 463.
n. 9. Menoch. cons. 264. nu. 47. & 92.
nu. 42. Beccius cons. 58. vol. 1. Regens
Lacro d. consult. 64. nu. 35. Cyriac. 1.
var. c. 129. n. 1. & c. 61. nu. 1. ex innum-
meris Hering. de fideiussor. c. 10. num.
180. Theodorus Reinkinck de regim.
lib. 1. class. 5. c. 4. n. 15. Pratus quo su-
pra. His ergò finitimum, si pars ro-
bur velit subtrahere pacto, oportet
vt corruat retrocessio, l. etiam S. ex
hac causa ff. de minor. l. fin. ff. de acce-
ptil. Gratian. Giurb. & Capyc. Lacro
locis narratis, viceuersa si retrodo-
nationi tribuet firmitatem, pactum
necesse est, ratum habeat; ex regula,
qua prædiximus, contractū non posse
in parte subsistere, in parte verò
nurrare; aut vtrūq; oportet vt valeat,
aut vtrumq; vim veritatis amittat.

Concludendum est ergò, retro-
donationem ob non impletam pro-
missi fidem (cuius actio ad donata-
rij hæredes quoq; transfunditur, An-
ton. Faber in C. lib. 8. tit. 38. de fin. 14.)
fuisse penitus resolutam; ideoq; bo-
na retrodonata ad donatarium om-
ni iure reuerfa; vt in terminis clausit
quoq; Menoch. d. cons. 922. in fine
Quandoquidem. Si promissioni sua
quis satisfacere, & studio deuotionis
implende fidem placitis exhiberet, ne-
minem unquam repetitio debiti ingra-
ta confunderet. Sed quia interdū ami-
citiarum fides lesa suspirat, necesse est
aliquotiens homini, aut redhibitionis
increpare moram, aut debitoris expro-
brare perfidiam, inquit D. Valerianus
d. homil. 4. de promissis non redditis.

Ex

35 Ex hoc igitur quasi flumine quidam videtur riuulus altercationis exire . Ambigi poterit , an subsistat hoc pactum futuræ deuolutionis? quod ad eò Doctorum torfit ingenia, vt quibusdam affirmantibus, negantibus alijs, pleriq; deniq; distinguentibus, adhuc lis sub Iudice iudicetur . Dum itaq; pars aduersa negantium sectatur vestigia , generalibus iuris regulis sic opponit . Pacto hæreditatem donari : in contractu hæredem fieri ; successorem in actibus inter viuos institui , & iuri & dissonat æquitati, *l. hæreditas C. de pactis conuentis* . Cum enim hoc pactum sit contra bonos mores, vti liberam testandi auferēs libertatem, *l. cum duobus §. idem respondit. ff. pro socio* (nemo enim potest sibi testandi facultatem præripere , *l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. l. pactum l. licet , l. fin. C. de pactis*) pariter vorum inducat captandæ mortis, *d. l. fin. C. de pactis* , à Iure, etiam si esset Sacramento firmatum, penitùs improbatut, *l. non dubitati Iuris C. de nã numer. pecun. c. non est obligatorium de reg. Iuris in 6. Olascus decis. 100. n. 31. Crassus §. successio ab intestato q. 9. n. 6. Castill. Sotomayor 3. controu. c. 9. Thesaurus decis. 225. nu. 1. Thesaurus filius. 2. qq. forens. q. 79. Hartman. pract. obseru. lib. 2. tit. de pactis c. 3. Hartman. Pistor 4. question. Iuris q. 2. & 6. Toming. decis. 57. Robles de represent. lib. 2. c. 16. nu. 3. Tondutus 1. resol. Civil. cap. 69. Schinfordeger. ad Fabrum lib. 1. tract. 29. q. 2. Staiban. 2. resol. c. 182. Bottilier. theorem. 42. n. 21. Moccia in Sylua toto cap. 1. Rubens in nouissimis Rota decisionibus parte 6. tota decis. 33. mihi fol. 64.*

Sed in aquis defluentibus fundamentum ponitur, in rebus labentibus opinio solidatur; quamuis enim apud complures hoc iuris statuatur

indubij, creberrima tamen est aliorum sententia, qui dixerant, hoc pactum subsistere, si intercederet (vt in casu proposito) consensus illius, de cuius hæreditate tractatur , ex verbis Iustinianæis *in d. l. fin. C. de pactis*, ibi, *Nisi ipse, de cuius hæreditate pactum est, voluntatem suam eis accomodauerit*, firmant Gabriel 1010 conf. 137: præcipuè num. 23. lib. 1. Menoch. conf. 1028. n. 9. & conf. 92. n. 45. & 591. nu. 5. Gratian. 1010 cap. 692. Molfes. conf. 38. n. 16. Fontan. claus. 4. glos. 9. p. 4. n. 4. vbi sic testatur decifum Merlin. de legitima lib. 3. tit. 2. q. 25. nu. 3. Mauritius Apicella alleg. 21. nu. 8. Thesaurus pater, & filius cum alijs locis adductis Censal. ad Peregrin. de fideicõ. miss. art. 51. mihi f. 339. neruose Corafius lib. 6. miscellan. c. 17. n. 7. etiam si non interuenerit iuramentum, Franciscus de Andrea Senior *infra laudandus n. 20.*

Verum si facti veritas diligenter inspicitur, non quæstio similis, sed multum dissimilis inuenitur . Non enim hic agitur de tota facultate donantis, vt in contrarium loquuntur præcitati Doctores, sed de bonis dumtaxat donatis post donatoris obitum donatario deuoluendis; quo casu ideò pactum de illis bonis conceptum subsistit, quia nec votum inducit captandæ mortis, nec testandi adimat factionem, cum de reliquis bonis liberum donanti superfit arbitrium, post præcitos Thesaurus *d. decis. 225. nu. 11. filius d. q. 79. n. 12.* vbi sic testatur decifum, Crassus *d. §. successio q. 39. nu. 52.* Hartman. *pract. obseru. tit. de pactis q. 8. nu. fin.* Velemb. *conf. 38. n. 52.* Gaill. *2. obseru. 126. n. 8.* quo loci ex mente Iasonis sententiã hanc Euangelicam dixit, Honded. *conf. 40. n. 33. lib. 1. Io. Sandæus decis. Frisia 19. c. 1. tit. de fideicommiss. Molfes. d. conf. 38. n. 11. & tit. de renunc. q.*

7. 8. & 9. in addit. Censal. ubi supra
 Marta de success. legali parte 3. q. 4.
 art. 2. nu. 14. Thorus parse 3. Comp. v.
 Pactum fol. 231. Regens Marinis 2.
 quotid. c. 162. nu. 6. profusus Regens
 Marcianus (meritissimus parens D.
 Marcelli nunc Regij. Consiliarij ia-
 regerrimi, cuius memoria florida,
 & amantitas laudatur ingenij) 2. di-
 spat. iuris c. 87. nu. 2. vbi oculatissime
 hanc materiam explanavit. Præ-
 sertim quia hic agitur de quota bo-
 norum, nõ hæreditatis, omninõ An-
 dreol. 1. contron. c. 14. n. fin. vbi sic lo-
 quitur. *Censco tamen pactum validũ,*
quia obiecta non sunt termini questio-
nis nostræ, cum non versetur in pacto
futura successiois, sed in pacto promif-
sionis bonorũ, quod nõ improbat, licet
post mortem executiõe differatur. & c.
 subindè, *differre quotã hæreditatis &*
quotã bonorum, relatis alijs Regens
 39 Marcianus loco laudato; Et pactum
 quotæ bonorum fauorem respicit
 matrimonij, Anton. Faber in C. lib.
 5. sit. 9. de pactis conuentis de fin. 6. 7.
 & 8. ex Pekio & alijs Cancr. 3. var.
 sit. de pact. n. 150. 151. Gratian. 4. fo-
 renf. c. 692. n. 6. & seq. & Marcianus
 d. q. 87. n. 8. Immo certi matrimonij,
 Cutellus, quem laudat Marcianus
 ibid. cum huius pacti contempla-
 tione facta sit retrocessio, & sic in-
 consequentiã præcedentis tractatus
 Bart. Olasc. Boer. cæteri; apud Cæ-
 sal. d. artic. 5. vers. *Quarso declaratut*
 Regens Romitus decis. 87. num. 11.
 Cõsil. Carleual. Rouito mastix Apo-
 log. d. decis. nu. 18. Franciscus de An-
 40 drea Senior loco citando num. 20. Et
 quod licitum sit certa bona, certaq;
 pecuniarum quantitatẽ donare, vel
 post mortem promittere, ambigi nõ
 oportet; ita enim sanxit Cæsar (& si
 id antiquitas respuebat) in l. vnic. C.
 de actiones ab hæredibus, & contra hæ-
 redes, firmat Ostradus conf. 139. Bart.

conf. 212. ex alijs P. Molfes. d. conf.
 38. n. 12.

41 Nec his obuiare dignoscitur, quod
 pactum deuolutionis de institutio-
 ne loquatur; quandoquidem illud,
 quibuscumq; verbis concipitur, vbi
 nõ integram respiceret facultatem,
 semper est validum; cum tota vis ibi
 la sit, ne liberum testandi auferatur
 arbitrium, Paril. conf. 26. nu. 81. lib. 1.
 quo loci asseruit, idem esse pronun-
 ciandum in pacto de re particulari;
 ac de quota hæreditatis, cum neuter
 modus testandi auferat factionem.
 astatim Andreol. 1. contron. c. 15. nu.
 50. Regens Marcian. d. c. 87. num. 8.
 Cum itaq; pactum ad donata solum-
 modò restringatur, quibus non tolli-
 tur testandi facultas; verbum, *Et hæ-*
ditas, siue, L'habbia da istituire, pro
 bonis, atq; relinquere exponitur, &
 ad actum inter viuos aptatur, glos. in
 l. quasitum, verbo hæreditatis ff. de legno.
 1. Bologn. in l. fin. nu. 152. C. de pactis
 Gozzadinus conf. 87. nu. 17. Crauct.
 conf. 139. n. 6. Cæcer. 3. var. sit. de pa-
 ctis n. 122. & 128. Peguer. decis. 170.
 nu. 3. Andreol. d. c. 15. nu. 47. Molfes.
 mox adductus Marcian. d. c. 87. n. 19.
 Frãnciscus de Andrea Senior præcep-
 tor meus doctissimus, qui *PROM-*
PTVARIVM IVRIS communiter di-
 cebatur, apud Bottilier. de success. ab
 incest. s. boorem. 49. nu. 18. Sed audiamus
 42 facundissimũ Fabrum, *Si ponas*
(inquit ille) ita factam ei donationẽ
verbis importantibus institutionem, &
volentibus ultimam voluntatem, nõ-
hilominus valebit etiam, & irrenoca-
bilis erit conuentio. Nam & illud re-
ceptum est, conuentioem, vel promissio-
nem in causa honesta factam posse in-
duci per verba institutionem, importa-
tia; nec idẽ videri factã ultimam vo-
luntatem, sed contractam ab initio usi-
tem obligatiõem, dilata tantum exa-
ctiõe ad tempus mortis, in C. lib. 5. sit.
 9. de

9. de pactis conuentis defn. 8.

Horum ratio in promptu est, quia, Falsa demonstratione mutari substantia veritatis minus potest, l. falsa C. de iuris, & facti ignor. & Fides veritatis verborum adminicula non desiderat, l. 1. C. si minor ab heredit. se abst. Ideo ad iudicandum de qualitate contractus, non spectatur verborum sonus, sed rei effectus; cum magis verba deseruiunt naturæ contractus, quàm viceuerſa, l. sed si possessori 11. §. item si iurauero ff. de iure iurando. Verba etenim ad eum finem, ad quem proferuntur, intelligenda; & ad eam rem super qua exprimentur, sunt restringenda, habita semper ratione eius, ad quod is, qui ea protulit, respexit, l. debitores §. fin. ff. ad S. C. Trebell. l. profectitia in fin. ff. de iure iurandi l. fin. C. si aduersus rem iudic. Crauet. cōf. 16. n. 5. & 171. n. 13. Surd. decif. 119. n. 24. Moutan. someron forens. c. 80. n. 1. Gratian. 4. cap. 657. n. 2. Cyriac. 3. observ. c. 478. n. 24. latissime Tirac. in l. si unquam v. liberis n. 60. Regner. Sixim. conf. Marburg. 10. num. 34. ubi. 1. & potius sunt nota rerum, quàm cause rem constituentes, Bald. in l. si non conuicij C. de iniurijs l. non epistolis, & l. seq. C. de probat. Roger. de iuris interpret. q. 2. n. 1. Geddeus de vrb. ob. p. 1. n. 44. Andreas Knich. de Antiquaria Romana l. 10. p. n. 282. Theodorus Reinkinck de regim. in princip. n. 5. Itaque non est curandum de qualitate verborum, ubi constat de mente loquentium, Cum sit iustum (inquit Cæsar) voluntates contrahentium magis quam verborum conceptionem inspicere, in l. fin. C. quæ res pignor. Arias de Mela lib. 3. v. 1. q. 1. n. 18. Gaill. 2. observ. 132. nam. 16. Rauden. conf. 1. nam. 24. vol. 2. quia, Plurimumque dum proprietates verborum attenditur, sensus veritatis amittitur. c. propterea de verb. signif. l. in cōditionibus

L. Publius ff. de verb. oblig. l. 3. C. de libor. ris praser. l. quoniã indignum C. de ro. stam. Bald. in l. actor. n. 5. C. de probat. Giurb. observ. 70. n. 19. & observ. 53. n. 26. Regens Capyc. Latio decif. 145. n. 9. Sicuti de verbis sacre Scripturæ aut Hieronim. Non patemus in verbis scripturarum esse Evangelium. sed in sensu: non in superficie, sed in medulla: non in sermonum folijs, sed in radice veritatis, epist. ad Galas. Idque lucidissimè demonstratur, quia prior, potiorque mens est, quam vocis organum; quorsum enim verba, nisi vt loquentis animum patefaciant? vulgar. l. Labeo in fin. ff. de fuppell. legat. Bald. in c. 1. de testibus Crauet. conf. 20. n. 12. & 35. n. 16. Mascard. de probat. conclus. 41. num. 14. Leotardus de usuris q. 9. n. 7. Itaque quod sicuti anima est potior corpore, ita mens verbis, Roland. conf. 72. n. 43. vol. 1. Cyriac. d. c. 478. num. 20. Gratian. 4. forens. c. 755. n. 23. quid mirum si primum locum debeat, obtinere voluntas, exinde verifimilitudo, postremo verba? Vasquius lib. 1. cōtrou. illust. v. 17. n. 30. num. 6. tradit Marotta 1. dist. sept. c. 6. n. 28. Hinc Baldus linguam cordis tubam appellat conf. 180. aded quod, si voluntas (inquit Tullius) tacitis verbis intelligi possit, verbis omnino non uteremur, sed quia non potest, verba reperta sunt non qua impediret, sed qua indicarent voluntatem, et at. 2. pro Aul. Cæcin. n. 53. consonat text. in dan. is autem 229. 2.

Cum itaque ex tenore instrumenti euidenter appareat, quod hæc fuerit mens, & intentio contrahentium; verba iuxta sanum referri debeat intellectum; itaque, & si de instituendo sonent; nõ tamen de institutione, sed dõhatorum deuolutione intelligenda sunt, cum potius (vt prædiximus) sit consideratus effectus, quam illa verborum structura, Gabriel. d. conf.

137. *nn.* 23. latè Gratianus *d. c.* 692. *num.* 14. latius Carleual *tom.* 2. *de ludo* *discijs lib.* 1. *sit.* 3. *disp.* 35. *nn.* 45. latiffimè Giurba *decif.* 111. *nn.* 5. Monète enim Tullio, *Scriptum nimis diligenter sequi, calumniatoris est; boni autem Iudicis voluntatem scriptoris, auctoritatemq; defendere, ibid.* & hùc respexit Iustinianus, cum ait, *Ne propter nimiam subtilitatem verborum, voluntates contrahentium impediuntur, in l. unic. C. ut act. ab hered. facit text. in l. legis virtus ff. de legibus ex alijs Ceual. q. 825. num.* 59. Nam nimia diligentia, vti misera est respuenda, *l. codicillis §. final. ff. de legat. 2.* sicuti quoq; *in nostris LVCVBRATIONIBVS lucub.* 15. vberrimè demonstrabimus, verbum, *Relinquere*, adiectū vniuersitati bonorum, hæredis institutionem importare, ex Valquio Cephalo Paris. Ludouic. & alijs

49 *Quia non est nouum* (inquit egregiè Faber) *ut a propria verborum significatione recedatur ad suendum actum, qui alioquin non valeret. Nam & quod magis mirum est, ob eam ipsam causam fit aliquando, ut verba quoq; sollemnia dicta fingantur, qua reuera nunquam dicta fuerunt, in C. lib. 6. sit. 19. de verb. signif. def. n. 16.* Et his sanè modis responsa Consultorum examinantur: veri disponentium sensus eliciuntur: germanæ contrahentium voluntates interpretantur; quia non ex verbis, sed mente certissima scientia comparatur, rescribente I.C. *in l. scire leges, vbi Doctores ff. de legibus.*

Non enim Ius patitur, fidem cōditi Instrumenti ob hoc debere conuelli, quod verba sensum nō exprimentia conditor suæ prædixerit voluntati, cum semper (vt diximus) actus subsistat, licet non esset germana series recensita. Plerumq; id accidit ex imperitia Notariorum, quorum, *Officium licet securitas soleat esse*

sanctorum, quoniam ius omnium eorum sollicitudine custoditur, vt perbelle diseruit Calsiod. lib. 12. var. epist. 21. tamen illi sæpius ignorant quid partes expresserint, sub alio exponunt inuolucro verborum, quã fuerat intentio contrahentium, Crieuell. *decif.* 5. *n.* 13. Joseph Vela *differo.* 40. *n.* 20. Maya *lib.* 1. *obseru.* 13. *n.* 40. Itaque euercentes vim contractus, subuertentes vltimas voluntates, & totius tractatus ordinem peruertentes, conscientias hominum in magno ponunt discrimine, vt conqueritur Bald. *conf.* 6. *lib.* 4. post eū Hypopolitus de Marfil. *de fideiuss.* *num.* 39. Cagnol. *in l. si librarius nu. 2. ff. de regul. iuris Amatus decif.* 29. *nn.* 29. & 30. Carrocus *decif.* 22. *nn.* 1. Molles. *addit. ad tit. de renunc. q. 6. nu. 5.* Menoch. *cōf.* 38. Lopez. *in scholijs ad D. ex c. 2. Mantica. de coniect. lib. 1. sit. 10. n. 1.* Anton. Tessera *in peculiari libello, cui titulum fecit, De erroribus Notariorum, Hering. de fideiuss. c. 7. n. 487. & 497. Perius conf. Civil. 42. nu. 6. & 7. Fontanell. claus. 5. glos. 10. parte 1. n. 65. vbi sic in eos inuehitur, Parcat*

ijs Deus, qui nobis hac mala fecerunt, id est parcat Notarijs Deus, qui nos quotidie pro resarciendis suis defectibus insudare multū cogunt; si enim, vt deberent ipsi attendere, qualiter sint instrumenta cōcipienda, non oporteres, quod in his rāsūm tempus cōtereretur. Sūt enim illi (bonos sēper excipio) veluti pica, & Psttacus gallus, qui stant in palatijs dominorum sine intellectu loquentes, Roman. *Singul.* 52. *n.* 2. & veluti cantores benè cantantes per practicam, vim clausularum, rationem videlicet sui cantus ignorant, Hering. *vbi supra* Regens Merlin. 2. *constrom. c.* 78. *n.* 15. nouissimè Marotta 1. *dispus. cap.* 6.

Eapropter sacratissimæ leges, cōsulentes, humano generi, benigna-

pro-

provisione sanxerunt, errorem Notarij, quia non habet vim debilitandi, aut tollendi substantiam facti, partibus non nocere, sicuti consulti vni Papiniani responso colligitur in l. Imperator ff. de legibus, vbi describitur: *Non iudi statum liberati ob errorem instrumenti male concepti, cui ad stipulatur Cæsar subiungens, Nam errores eorum, qui de fideiā, id est preces scribunt, veritati præiudicium afferre non possunt, in l. errores C. de erroribus aduoc.* Toto enim iure potior est veritas, quam scriptura, *l. nec ignoras, ibi. N. aiores veritate rei, que scriptura vices obrinente C. de donat.* probant Gratian. 5. forens. cap. 825. n. 17. Postius de manus. obseru. 102. n. 17. & 1. resol. C. i. l. c. 50. n. 25. Ascia. determ. 66. n. 2. Rota apud Coccin. decis. 373. n. 1. & omnino Leonard. de Usuris q. 58. n. 16. Marott. d. c. 6. per totum. Et per consequens Instrumenti verba (vt antè iam diximus) non iuxta sonum, sed secundum mentem intelliguntur, *l. nō amplic ff. si certum petatur Surd. conf. 431. n. 31. Honded. conf. 29. n. 37. lib. 2. l. n. alleg. 52. n. 31. Hartm. Pistor lib. 2. q. 9. Iuris q. 41. n. 28. Hering. vbi supra nu. 190. Caracciol. decis. 26. n. 33. Regens Marinis lib. 2. quotid. c. 100. n. 8. Regens Capyc. Latio tom. 2. consuls. 85. n. 3. Taliter quod si non respondeant voluntati, debent semper impropriari, *l. fundo qui locatus ff. de fundo instructo l. infulam ff. de prescriptis verbis l. qui diebus. S. dominus vbi Soccinus in 4. not. ab. ff. de codic. & demonstr. c. intelligens. de verb. signif. Angel. videndus in l. illud S. tractari ff. de iure codicill. l. son. in l. non codicillam C. de testam. Farinac. decis. 62. n. 3. parse 3. Roland. conf. 61. n. 13. lib. 3. Theodor. alleg. 23. n. 8. Staiban. 1. forens. c. 37. n. 26. Bottilier. theorem. 6. n. 18. Regens Marcianus d. c. 87. n. 16.**

16. Marotta d. cap. 6. n. 10. Amaya. lib. 2. obseru. Iuris c. 5. n. 37. Sicuti quoque dicimus, quod si testator institutus filijs, vxorē relinquat dominā, & patronam, non obstante hoc verborum complexu, lucratur illa, ex generali consuetudine Bulgari, solummodo alimenta, restantur nostras Maxilla in S. mulier. n. 7. Viderunt v. vxor. Ampliationes, & limitationes cogerunt Mantica de bono. lib. 9. ad. 7. n. 22. de Marinis lib. 1. c. 347. Regens Capyc. Galeota 2. v. v. c. 60. Regens Merlin. 2. tom. v. c. 3. & 4. Regens Capyc. Latio decis. 176. n. 47. Gratian. 3. c. 563. & nos vbi. Et quod impensius fatet, quia semper præsumitur quemquam elegisse vix, qua actus valeat, non pereat, *l. dotis fructus cum seqq. vbi glo. ff. de iure dotium. si pars. ff. de iust. sc. l. cum. Menoch. conf. 637. n. 8. & lib. 6. tota præsumpt. 4. Petrus Ruizius decis. Lisuan. 2. n. 38. Petrus Sanz de divis. bonor. lib. 3. c. 9. n. 12. Præles de Franch. decis. 649. Regens Tappia decis. 4. n. 39. Bottil. theorem. 4. n. 9.*

53

54

55

56

57

Stetit in iplo veritatis lumine tenebras opinionis inquirimus? Non nē, *Superuacaneis laborans impedijs, qui Solem certat FACIBVS adiunaret can. si omnia 6. q. 1. Non nē, Nima curiositatis est implere velle, quod iam circūfluit? Curtius lib. 7. optime can. 1. dist. 69. rectè Calliodorus, Ad examen veniant, qua putantur incerta, nam quis de hac re existimet delibendum, vbi nihil reputatur ambiguum? 9. var. epist. 23. Super sedendū est nobis, ne censuram incurramus Arnobij, sic monentis. Soliditatis esse rebus perspicuis & nullam desiderabilibus defensionē diutius immorari, lib. 1. aduersus gentes. Solum breuiter hic repetimus, donationem irrevocabilem, vt irtractabile matrimonium, extitisse, & quia pars contractus dotis,*

dotis, & quia Matrimonij causa fi-
nalis, & quia respectiva ad ma-
trimonium certum, & cum determi-
nata persona contractum; Ideoq;
retrodonationem coactè obtēram,
vel precibus importunis extortam,
58 ipsum saltem rationis dictamē, quo
incitatur ad Iuris nostri conserua-
tionem, illuminat. Minimè refragā-
te, quod non appareat in dispositi-
uis soboli facta donatio: simulatæ
donationis obijciatur confessio: &
donatarij proponatur ingratitude.
59 Quod si verò retrodonationem va-
lidam asseramus, eam, vti mutua
conuentione compactam, & ex plu-
ribus indiuiduam, ob non impletā
promissi fidē in pacto reuersionis,

carere robore firmitatis; & per con-
sequens donatarius, qui ad obser-
uantiam non adstringitur, ratione
violatæ fidei, Iure postulat, vt in-
irritum retractetur. Nam secundum
responsum Neratij, *Nihil penes eum
residere oportet ex re, in qua fidem sefel-
lit, l. lege fundo 5. ff. de lege Commiss.*

Reliqua verò, quæ pars aduerſa
hic explanari desiderat, consultò
duximus subticēda; quandoquidem
ea melius valent ostentione facti,
quam Iuris indagatione dignosci;
*Erit igitur facti quæstio agitāda, quid
inter eos actum sit, inquit Consultus
in L. creditor la secōda §. si tecum ff. qui
postiores in pignore.*

EXPLICIT PETITORIVM

Io: Sarisberienſ. præfat. Policratici.

*Sed quia nemo potest cunctis virtute placere,
Sufficiat paucis me placuisse bonis.*



EXITVS CAVSÆ.



POST Plurimos certaminum fluctus ad hunc portum causa peruenit, vt per solertissimum I. C. Io: Antonium Molegnanum arbitrum declarata fuerit donatio valida, firma, irreuocabilis; viceuersa retrodonatio tanquam non habens Iuris assistentiam, inefficax, & inualida. Verum, vt inter partes concordie vnitas, & animorum vigeret identitas, æquitatis ratione suadente, aliquid ex rebus donatis aduersario relaxandum pariter arbitratum fuit; placito D. Ambrosij, cum ait. *Patrimonium inter fratres non Iudex medius, sed pietas debet sequestra diuidere*, lib. 7. in *Lucam* c. 12. Quatenus (inquit Cæsar) in omni pace inter se successio eius permaneat, nec altercationis cuiusdam, maxime inter eos, oriatur occasio, in *l. cum oportet* §. *sin autē* C. de bonis quæ liberis. *Utilius enim illi visum fuit* (sunt verba Pontificis) negotium tali expediri compendio, quam per quandam exactam subtilitatem longo dispendio prorogari, præsertim cum nonnulla pro utilitate communi contra iuris asperitatem ex æquitatis mansuetudine tolerantur, in c. 3 in fin. de sentent. & re iudic. in 6. At pars aduersa arbitri clementiam respiciens, immemor quod non debet ultra semitas æquitatis cupiditas transilire, tam iusta neglexit obtemperare sententiæ: in quâ interposito ad I. C. prouocationis remedio, vim nitentibus executionis excludere; libet reperere verba melliflui. *Qui non grauatus appellat, certum est, quod aut grauare intendit, aut tempus rudimere; non debet esse appellatio suffragium cauillantium, sed refugium grauatorum. Multi enim pendente appellatione fruuntur aliqua re, quæ semper fuit iniuste possessa; & ita Antiodum vertitur in venenum.* lib. 3. de Consider. ad Eugenium Papam.

Demum quidam beneuoli pij patris more laudabili ægrè ferentes eorum dispendia, & odia, quæ semper ex litibus oriuntur, controuersias duxerunt iterum placabiliter absoluendas; illud Theodoricæ Regis efficaciter inculcantes. *No in vos, sed in hostem seuire cupiatis. Res parua non vos ducat ad extrema discrimina. Acquiescite iustitiæ, qua mundus letatur. Cur ad Monomachiam recurritis, qui venalem Iudicem non habetis? Deponite ferrum, qui non*

†

- habe.

habetis inimicum. Quid opus est homini lingua, si causa manus agat armata? aut undè pax esse creditur, si sub Civitate pugnetur? Imitami Gothos, qui foris praelia, intus norunt exercere modestiam. Sic vos volumus vivere, quemadmodum parentes nostros cernitis floruisse, apud Casiod. 3. var. epist. 24. Qui tandem celeberrimum D. Franciscum Gaetam Bitectenlem Antistitem (virum vt egregium, sic vndequaq; doctissimum) elegerunt in arbitrum, cum facultate ne dum donationis articulos, quam omnia hinc indè prætenfa super tota donatoris substantia dirimendi; qui, causæ meritis diligenter inspectis, ita arbitrium duxit per definitivam sententiam terminandum.

In causa compromissi coram Nobis vertente &c. Nos Franciscus Gaeta Des. & Apostolica Sedis gratia Episcopus Bitecten. Arbitrator Iudex electus &c. Visis actis, perlectis & consideratis omnibus ab utraque parte productis cum laudo celebris, ac conspicui nominis I. G. Io. Antonij Molegnani; sepius auditis partibus cum luculentissimis allegationibus. Christi nomine repetito, de Iuris peritorum consilio dicimus, & decernimus, & declaramus, donationem præfatam fuisse, & esse validam, & irrevocabilem; eiusq; revocationem pro allegata causa simulationis fuisse, & esse nullam, irritam, & inuvalidam, & Iuris substantiam non habentem; & proindè relaxanda, ac consignanda fore, & esse eidem donatario omnia, & singula bona in præfata donatione contenta. Verum, attento quad. agitur inter conuictos, pro bono pacis; donantis heredem absolvimus à cæteris prætentionibus Donatarij; & ita de Iure, & de facto respectivè laudamus, & arbitramur

Nos Franciscus Gaeta Episc. Bitecten. Iudax arbitrator.

S O L A T I A
M O R T I S
Sive
CONSULTATIONES
B I N Æ
Supremis defunctorum arbitrijs latè
viam aperientes .

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

S O L A T I A

M O R T I S.

Siue

C O N S V L T A T I O

P R I M A

Dispositiones roborans mortuorum, præsertim,
grassante lue fati munus implentium.



*Nullum sanè maius SOLATIVM MORTIS,
quam voluntas ultrò mortem,
Quintilian. declam. 308.*



N O T A B I L I V M

E X E G E S I S.

- | | |
|--|--|
| <p>1 Grandis clementia Dei, ut ex-
petet nostram penitentiam,
& donec nos à vitijs converta-
mur, ille potens contrahas ma-
num, ne ferire cogatur. D. Hieron.
in Isa. 30. 18.</p> <p>2 Pests, qua Regnum Neapolita-
num inuasit, describitur.</p> <p>3 Egregius Quinsiliani de pesti-
litis atrocitate locus adducitur.</p> <p>4 Humana temeritas quomodo lã-
quentium facultatibus inbianit.</p> <p>5 Reconditus D. Cypriani locus
de criminibus grassante pestilẽtia
auctis.</p> <p>6 Proponitur thesis in hisce Con-
sultationibus ventilanda.</p> <p>7 Defunctorum voluntates pro
lege seruantur.</p> <p>8 Sicuti legem violare nefas, ita
morientium dispositiones.</p> | <p>9 Magis attenditur iustus testam-
tis, quam legis.</p> <p>10 Principes, qui posuerunt tollere
legem, non tamen mutarunt pla-
cita mortuorum.</p> <p>11 Defunctorum iussa violare sa-
cilegium est apud nonnullos.</p> <p>12 Etiam iniusta testatoris præce-
ptioni parendum.</p> <p>13 Rei sua quilibet est moderator,
& arbiter, etiam abutendo.</p> <p>14 Conspicua Annæ Roberti verba
in medium adducuntur.</p> <p>15 Omni auro laudandi, qui mar-
tuorum cineres, præsertim parentũ
suum esse quietos.</p> <p>16 Qui supremas morientium cona-
tur euertere voluntates, institutio-
nis commòdo priuatur.</p> <p>17 Testamentum nũcupatiuum de
Iure minime scripturam requirit.</p> |
|--|--|

- 18 *Testes eo casu post mortem testatoris, citatis omnibus, quorum interest, examinantur.*
- 19 *Publicatio testamenti minimè necessaria, nisi testator manifestè aliter statuat.*
- 20 *Testes legatarij admittuntur, quoties inter Institutos, & venientes ab intestato questio verteretur.*
- 21 *Testator Institutionem ad quãdam schedulam remittens, valet testamentum.*
- 22 *Scriptura, & Tabellio desiderantur, ubi testator in scriptis vellet condere testamentum, vel eorum suppetere copia.*
- 23 *Pestis suo lethifero afflatu omnes inuadit.*
- 24 *Peste correptus quomodo soleas condere testamentum.*
- 25 *Annaus Robertus in contrariũ adducitur, & declaratur.*
- 26 *Frequenter testes prece, vel pretio, amore franguntur, & odio.*
- 27 *Consuetudo particularis non tãgas populos illam non observantes.*
- 28 *Testes in omni negotio sufficiunt.*
- 29 *Magis creditur viva voca, quã mortua, & plus autoritatis habet testas, quam Instrumenta.*
- 30 *Proponitur famigerata questio. An testamentũ pestis tempore corã quinque testibus conditum sit validũ.*
- 31 *Opinio negatiua primum adducitur, eaq; legibus, & Doctõribus roboratur.*
- 32 *Discontinuatõ testium modica, non magna intelligitur eo tempore remissa.*
- 33 *D. Aquila uxor signaroli de Homadets morbo correpta, ut faceret testamentum validum asportare se fecit in via, & sic coram septem testibus testata est.*
- 34 *Alter ad summmitatem scala duabus suum condidit testamentum.*
- 35 *Opinio affirmatiua assertur, & innumeris Doctõribus solidatur.*
- 36 *Secundum opinionem hanc decisum ostenditur*
In Rota Romana.
In Camera Imperiali.
In S. R. C. Neapolitano.
In Senatu Burdegalensi.
In Tribunalibus Gratiopolis,
In Senatu Iauensi.
In Senatu Tholosano.
In Senatu Sabaudia.
In Lusitanis Subsellijs,
In Senatu Aquensi.
In Senatu Frisia,
Notissimè in inclita RAVVIVATORVM huius Civitatis Aquania Academia.
- 37 *Tempus pestis, & tempus mortis equiparantur.*
- 38 *Tẽpore pestilẽtia dicitur esse acce certamen inter Deum, & homines.*
- 39 *Vbi causa pia fuerit instituta, vel substituta, testamentum duos requirit testes.*
- 40 *Illudq; subsistet etiam quoad extraneos legatarios.*
- 41 *Quidquid esset, si causa pia fuerit per viam legati, vel specialis fideicomissi vocata:*
- 42 *Anter opiniones utroq; pugnantes distinctionis fadere conciliat.*
- 43 *Prima opinio procedit de modica peste, altera de magna.*
- 44 *Nimia pestilentia tam testium numerus, quam Tabelliones ad excipienda languentium testamenta ne morbo corripiantur, semper venire recusant.*
- 45 *Ministrantes pestis tãbe confectis possunt coram duobus testibus condere testamenta.*
- 46 *Quia tempus pestis est tempus mortis, omnia iura laxantur.*
- 47 *In Codicillis non minuitur provisionabilior testium numerus, idẽ quinque omnimodò requiruntur.*

- 48 *Opinio, qua distinguis, semper est amplectenda.*
- 49 *Opinio unius testamento fauens præfertur cæteris.*
- 50 *Impugnans testamentum defectu numeri testium, peccat mortaliter in foro conscientia.*
- 51 *Testamentum Iuris sollempnitatibus desitutum est in foro conscientia observandum.*
- 52 *Proponuntur alij Iuris articuli tempore pestilentia ventilati, & ab auctore soluti.*
- 53 *An ad publicandum nuncupatum testamentum testes in formalibus verbis testatoris debeant esse concordēs? affirmat Faber, negat cum Cancerio auctor.*
- 54 *Non est curandum de qualitate verborum, ubi constat de voluntate loquentium.*
- 55 *Si testator dixerit, relinquo bona mea Titio, an valeat testamentum ob nō institutionem heredis? negant plurimī, affirmat auctor.*
- 56 *Verbum, relinquo, adiectum universitati bonorum, heredis institutionem importat.*
- 57 *Testes debent aspicere testatorem proprijs oculis, nec satis est illius vocem audire.*
- 58 *Veritas oculata fide magis, quàm per aures animis hominū infigitur.*
- 59 *Visus certus est rerum arbiter ex P. Emilio.*
- 60 *Propter morbum saepe vox hominibus commutatur.*
- 61 *Sapè contingit more hyana alienam vocem effingi.*
- 62 *Testamentum nocte confectum vria exigit luminaria, quidquid aliter dicat Riccius.*
- 63 *Exemplum cuiusdam sagacis mulieris alienam successionem extorquentis.*
- 64 *Si corina solum est intermedia, valet depositio testium de auditu solummodo testatoris.*
- 65 *Coram quo Iudice facienda est testamentorum publicatio, insinuatō, & recognitio?*
- 66 *Confectio præambuli, & inventarij coram quo Iudice facienda?*
- 67 *Isiusmodi testamēta corā quinque testibus condita an sine perpetuo valida.*

SYNOPSIS.

QVanta in Regno Neapolitano anno 1656. lues irruerit, Quomodo detestabilis morbi vastitas mortales afflixerit. Quo pacto detecta, vel aucta sint crimina; & avaritia palam sæuiens, abruptæ cupiditatis arma prostituerit, eleganter describitur * Supremas morientium voluntates perpetuis viribus roborandas, etiam per selectos eruditionis tramites, demonstratur * Testamenta nuncupatiua absque scriptura vndequaque perfecta; quemadmodum eorum fiat iuridica publicatio * Testamenta sæuiente pestilentia coram quinque testibus condita, & Doctorum placitis, & rerum iudicatarum auctoritatibus, ostenditur, validissima * Plurimæ quæstiones circa præfata mentis elogia accerrimè eo tempore ventilatæ, breuiterq; ab auctore solutæ, in medium adducuntur.

CONSULTATIO

PRIMA.

*Modis omnibus quod preceptum est per seſtatores, adimpleatur.
S. ſi vero nullus autem. Anſ. de hæredib. & falciâ.*

Divina dudum Maestas
noſtris laceſſita ſce-
leribus, vindictâ po-
terat de nobis ſume-
re arctiorem. Sed ſuæ
memor clementiæ, benignæ prius
vltionis indicijs, vt reſiſceremus,
admonuit. Monuit Veſuvianis incē-
dijs, populari ſeditione, horribilibus
motibus terræ, locuſtarum pernicie,
diutina ſiccitate. At nos, dum inui-
tabamur ad veniam, cumulabamus
offenſam; adeoq; repetitis implica-
bamur culpis, vt vrbes plenas diui-
tijs, quotidie vitijs repleremus. Tā-
dem in furorem diuinus amor con-
uerſus, tarditatem ſupplicij graui-
tate cōpenſans, diram luem immiſit;
quæ Urbem Neapolim ineunte Vere
corripiens, mox totum ſerè Regnum
inuaſit. Vere diximus, vt ſummum
atrocitatis colligeremus! Quid e-
nim poterat atrocius cerni, vt tem-
pore, quo prorumpunt ad vitam
exanimes, viuentes prolabantur ad
mortem? Vere itaq; morbus exortus
in dies cōpit ſuccreſcere, qui medi-
cas manus exſuperans, vario lan-
guorū genere totum ſerè humanum
genus abſumit. Plurimis (horret di-
cere) corporis vires ſolutus in flu-
xum venter euilcerat: alijs in fauci-
um vulnera conceprus medullitūs
ignis exaſtuat: perpetua nauſea
quorundam cientur viſcera, & in li-
uentes puſtulas tument artus: non-
nullis per iacturas, & damna corporum,
prorūpente languore, vel debi-

litatur inceſſus, vel auditus obſtru-
itur, vel cæcatur aſpectus. Quibus,
(vt cū Gregorio de Africana peſte
loquamur) *Sola mors remediū, viſa
tormentū.* Et quod gemitus geminat,
cum ſinguli repentina cæde vaſtan-
tur, non languor mortem præue-
nit, ſed languoris moras mors atra
præcurrit: percuſſus ante quis ra-
pitur, quam ad lamenta pæniten-
tiæ conuertatur: filiorum funera
parentes aſpiciunt, ſed ad tumu-
lum præcedunt hæredes. Et quod
magis horreſcit; morbo hic petitur,
eodem ille decumbit: domi hic agit
animam, in itinere ille proſternitur:
amicum fugit amicus: fratrem ex-
pauſcit frater: ab ægrotis filius re-
cedit parentibus, qui mox dolore
diſrumpitur: luget quiſq; fratrem,
ſed fratrio timet auferendus exitio:
medentes morbum formidant cra-
ſtinum, proxima die mortem: ne-
mo morbitutus inſidijs, hunc quiſq;
cœlat, inſolenter ille detegitur; vbi
magis delituit, crudeliter enecatur.
Urbes interea vacuæ, iacent artes,
quærantur artiſices, glſcit malum,
traſſit ad corpora, latentir irre-
pit, irrepens ſæuit, ſæuiens corripit,
corripiens abrupto impetu ad interi-
tum trahit; vt verè cum Artaxerſe
epiſt. ad Hippocratem, proclamamus;
Non pugnando, expugnauerunt! Prægnā-
tes (proh dolor) non pariunt; ob-
ſtrictricem habent furorem; pro par-
tu abortum; pro ſœtu ſœrus corrup-
tionem; effundit moriens pro lacte
ve-

venenum; filius vagiens ouium lacte nutritus, expirat tandem morbo correptus. Vndiq; turget materia lacrymarum, dum, *Venire tormenta* (vt Cyprianus disseruit *epist. 8.*) *Sine sine tortoris, sine SOLATIO MORTIS.* Superstites inter mortuorū ruinas, & timentium reliquias constituti, inter numerosam languentium stragem, & exiguā stantium paucitatem, *Omnes delubra implens; strata passim matres crinibus templa verrentes, veniam irarum caelestium, finemq; pesti exposcunt,* ex Liiuo *de cad. 1. lib. 2.* Nā, vt Quintilianus asseruit. *Stringas licet manus sana captiuitas, profunda carceris nocte mēbra claudantur, datur tamen colludere cathenis, artus extrahere nexibus, & habet aliquid aequanimitatis cū pena sua posse vixari. Saniant regna tormentis, bella vulneribus, sed lenius afficit quidquid viribus feras, & cum in plenum adhuc sanguinem aduersa ceciderint, repugnantis roboris colluctatione vincuntur. Quos cruciatus compares. quem dolorem, cum penis visceribus immissa tabes, homines pramittit in mortem?* *declam. 5. §. 17.* O miseriam planè grauissimam! ó statum certè dolendum! Præterimus reliqua. Ecquis posset morbi percurrere vastitatem? vbi votum est potius perire, quam viuere; quia detestabilis sensus pænarum excludit dulcissimæ salutis affectum.

4 Sed nec iam finis malorum datur languentibus; adè enim humana temeritas eorū facultatibus inhiat, vt plurimi sub deferenda sibi hæreditate supremas audeāt conuellere voluntates; nunc vltima extorquentes arbitria, nunc subducentes Tabelliones, nunc legitimum testium numerum subtrahentes, nunc Parrochorum impediētes accessum, nunc falsum fabricantes Elogium; ita quod frequenter, quos testatores

suæ non prædixerant voluntati, effinguntur successores; quos scripserant, ob non conditum sollempniter testamentum, non sinuntur hæredes; & sic illud quoq; *SOLATIO MORTIS*, voluntatē adimunt vltra mortem. Renouatur prioris calamitas tēporis, de qua flebiliter Cyprianus *ad Demetrianum.* *Cum peste ipsa & lue vel desecta, vel aucta sunt crimina. Dū infirmis exhibetur misericordia, defunctis auaritia inhiat & rapina. Iidem ad pietatis obsequia timidi, ad lucra impia temerarij, fugientes morientium funera, appetentes spolia mortuorum. perire agrum voluit, qui cæsum peruentis innadis. Tātus cladum terror dare nō potest innocentia disciplinam? inter populum frequenti strage morientem nemo considerat se esse mortalem?* Salubriter ergo Cæsares, eorum calliditati volentes occurrere, & deficientium voluntatibus subuenire, sanxerunt. *Quibus erit de legibus nostris inter ipsa vita deficientis pericula causatio, si quos voluerint, non sinantur hæredes? Alijs restes itinerum necessitas, Alijs sollicitudo vltimarum; Aliorum restatas prohibent voluntates ij, qui veluti obsessos conclauibus suis solent custodire languentes. Nostra posthac beneficio sanctionis intestatus nemo morietur, cui fuerit sollicitudo testandi; lasè viam supremis aperimus arbitrijs, l. 2. C. Theodos. de testam.*

6 Nos ergo temporis calamitate moti, id defenlabimus in præsentī, quod Epidemico morbo correptis placuit, siuè dispositiones eorum verborum ambiguitate siuè sollempnitatum arguantur defectu, dummodo legibus non repugnent; placito Quintiliani, cum ait; *Interest supreme hominum voluntati legem fauere, vt quod de bonis suis constituit dominus, fecerit iure,* *declam. 264.* cui Plinius *Sole-*

Solemus religiosissimè custodire defunctorum voluntates, quas bonis heredibus intellixisse pro iure est; Neq; enim minus apud nos, quam apud alios necessitas valet, lib. 4. epist. 10. Etenim, ut hoc tēpore inculcabat Iudicibus Quintilian. *Id vobis, Iudices, facillimè persuaderi poterit, si non tam iniustos, neq; tam imprudentes existimatis legū latores, ut necessitate perstringerent ea, qua præsari non possent, declam.* 249. memor est Annæus Robertus 2. rerum iudicat. cap. 10.

7 Sed antequam in arenam profiliamus, præmittendum est nobis, ad eò diligenter legum veterum cōditores prospexisse miseris post fata mortalibus, ut eorum voluntates pro lege statuerint obseruandas, l. in conditionibus primum locum ff. de condit. & demonstr. l. si ancillas ff. de legat. 1. l. 1. C. de sacros. Eccles. can. ultima voluntas 13. q. 2. cap. nos quidem, de testam. gloss. in l. 2. C. de usucap. pro empt. Carolus Sigonius de Antiquo Iure Ciuium Roman. lib. 1. c. 12. Vacunius à Vacuna declam. Iuris lib. 4. c. 126. pulchrè Sarmier. lib. 8. select. Iuris interpret. Alexan. Raudensis de Analogis lib. 1. c. 37. n. 104. Iulius Clarus §. testamentum q. 2. Cardinalis Mantica de Coniect. lib. 3. tit. 3. nu. 1. & lib. 11. tit. 15. n. 3. Carroccius decis. 120. n. 20. Riccius decis. 83. n. 1. parte 3. & in prax. var. resol. c. 302. n. 13. parte 1. & resol. 370. n. 2. parte 2. Viuius decis. 265. Reulnerus decis. 8. n. 31. parte 1. Fontanell. decis. 525. nu. 21. parte 2. Castill. Sotomayor 4. quotid. c. 8. n. 1. latissimè lib. 5. 200 cap. 64. c. 67. & c. 94. n. 11. Christianæus decis. 58. n. 2. Cancer. 3. var. c. 20. nu. 386. Regens Valenzuel. conf. 103. n. 4. 105. n. 3. & 133. n. 42. Præsul Maranta 2. respons. cap. 3. num. 18. Gratian. 4. forens. cap. 757. num. 1. D. Confiliar. Pratus 2. forens. c. 4. n. 1. & cap. 44. nu. 5. Ex quo

legibus 12. tabul. *Vti quisq; legasset res sua, ita ius esto*, recenset Pomponius in l. verbis 120. ff. de verb. signif. Ulpianus in l. 1. ff. ad l. falcid. & Iustinianus in princip. *Insist. de lege falcidia*, exornant, præter Iacobum Cuiacium, & Gæddæum in d. l. verbis Petrus Faber lib. 3. semestrium c. 24. Donellus lib. 8. commentar. c. 1. Balduinus, Reuardus, Picardus, Sigonius, cæteri q; apud D. Fraciscum Amaya lib. 3. obseru. Iuris cap. 6. Eunuchus n. 1. mihi fol. 412. Hinc Tullius. *In publicis actis nil lege grauius, in priuatis firmissimum est testamentum*, 2. Philipp. cui Symmachus. *Oro vos Iustitia sacerdotes, ut urbis vestra sacris reddatur priuata successio; dicent testamenta securi, & sciant sub Principibus non auaris stabile esse quod scripserint*, lib. 10. epist. 14. quod respexit Iustinianus Cæsar, cum ait. *Semper hanc unam habemus intentionem, dispositiones morientium esse firmas*, Auth. de Iuro iurando à moriente præfisso, in initio col. lat. 5. Non enim minus mortuis, quàm uiuentibus moralis philosophia ministrat l. non aliter. ff. de condit. & demonstr. l. ex facto §. rerum autem ff. de heredib. insist. l. si mihi, & sibi §. in legatis ff. de legat. 1. §. fin. Auth. de heredib. & falcidia. Plutarchus in Solone, Tullius ad Herennium Couart. 3. var. cap. 6. n. 7. Quid mirū, si quod quilibet in suis conscripserit tabulis, lex est? *Disponat in suis unusquisq; ut dignū est, & sit lex eius voluntas*, conat Cæsar in §. disponat, Auth. de nuptijs, qui alibi rationem reddens Nil est (sub iungit) *quod magis hominibus debeatur, quam ut suprema voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod iterum nō reddit arbitriū d. l. 1. C. de sacros. Eccl.* Tiraq. de primog. c. 40. num. 95. Cæsar Lambertin. de Iure patronatus lib. 1. parte 1. q. 9. n. 48. Regens Valenzuel. conf.

8 *conf. 18. n. 124. Borrell. in summa de-
cis. lib. 3. tit. de testam. n. 144. aduertit
Franciscus de Petris festin. lect. lib. 1,
c. 5. n. 2. nouissimè Honoratus Leo-
tard. de usuris q. 65. n. 2. Quò sit, vt
sicuti legem violare nefas, D. Tho-
mas fulgentissimum Ecclesiæ Sydus
1. 2. q. 96. ars. 4. cap. 1. de Constitut. Mo-
lina de iustit. & iure tom. 1. tract. 2.
dispus. 27. Gutierrez Canonie. qq. lib.
1. c. 7. n. 20. Viuius decis. 106. Ita illi-
citu erit ab ea discedere lege, quam
rationabiliter rebus suis imposuere
mortales, cap. Syluester vbi omnes
1. 1. q. 1. l. fin. C. de fideicomis. Viuius
d. decis. 265. ex alijs Præsul Maranta
1. respons. cap. 32. n. 8. & cap. 7. n. 3. &
4. Equatur enim legis autoritas, &
testatoris voluntas l. si ita fuerit 13.
in fin. vbi Bar. ff. de manumiss. testam.
Viuius d. decis. 265. n. 2. Barbosin lo-
cis commun. loco 60. n. 2. Maranta de.
32. num. 9. Iudò magis attenditur re-
stantis iustus, quàm iuris; diligentiusq;
custodiuntur fines præcepti homi-
nis, quàm eiusdem legis l. fin. ff. de lo-
gas. nom. caueat. ex alijs Maranta 1.
respons. c. 40. n. 30. & qui aliàs Princi-
pes pro Reipublicæ quidem compen-
dio poterant tollere leges, non ta-
men mutarunt placita mortuorum.
Exemplum patet in Tiberio Cæsa-
re (discant Principes) qui, & si om-
nia quæ voluit, potuit, Senatu tracta-
te an legatam in opus noui theatri
pecuniam in munimen viæ trāsferri
concederetur, obtinere non valuit,
quin rara, & incòcussa testatoris ma-
neret voluntas, refert Sueton. in Ti-
berio c. 31. firmant Riccius d. decis.
83. n. 2. Genuenlin praxi cap. 19. num.
1. quia reuera,*

*Sed legis seruanda fides, suprema
voluntas*

*Quod mandat, fierique iubet, parere
necesse est.*

11 *Eadere Peripateticorum antefi-*

gnanus defunctorum iussa contem-
nere sacrilegium dixit, apud Rober-
tū d. cap. 10. mihi fol. 427. sicuti quoq;
in iure nostro veniens contra volū-
tatem testatoris violare dicitur Iura
pietatis, l. contra voluntatem C. de te-
stam. manumiss. latè Christophorus
Besoldus in sua politica tit. An Princi-
pes Germani sine sollempnitatibus testa-
ri queant mihi fol. 173. Rationem ad-
nectit Robertus, quia, *Vini si quid ius-
serint: exequi aut se, aut per se, aut per
alium possunt. At defuncti neq; voces
suas posthumas iterare, neq; post cine-
res mandata exequi valent, 2. rerum
iudic. cap. 10. A deo quod etiam defi-
cienti, ac minus iustæ testatoris præ-
ceptioni sit saltim de facto paren-
dum, l. Menius ff. de condit. & demon-
strat. l. mulier S. si quis hereditarium,*
& vtrobiq; Doctores ff. de condit. in-
debit. ex alijs Regens Marcianus 2.
dispus. cap. 77. n. 17. Nam cum homi-
nis dispositio, & legis ratio (vt præ-
diximus) adæquentur, & probat
optimè Damhouderius in Enchiri-
dio parium. aut similitum v. legatum.
His consequens, sicuti lex quamuis
dura, & aspera (quia secundum Tul-
liū nil aliud est, nisi recta & à numi-
ne Deorū tractatio Philipp. 11) om-
ninò seruanda est l. prospexit ff. qui,
& à quibus cum cumulatis à Tiraq.
in l. si unquam verb. libertis n. 69. C. de
reuo. donat. pariter dispositio testa-
toris, Hinc Plinius. *Ego propriam
quandam legem mihi dixi, vt defun-
ctorum voluntates, etiam si iure defice-
rēt, quasi perfectas tuerer, lib. 2. epist.
16. vbi lo; Maria Cataneus mihi fol.
124. Toto enim iure rei suæ quilibet
est moderator & arbiter, vulgat. l. in
re mandata C. mandati latè Cyriac.
1. controu. c. 145. n. 1. & lib. 2. c. 400. n.
70. nam secundū Cæsarem, Nil tam
conueniens naturali equitati, quam
voluntatem domini volentis rem suam*

id

in alium transferre, ratã haberi, §. per traditionem, de rer. diuis. Itaut abuti re sua non est quispiam prohibendus, *Quid enim interest* (inquit Consultus) *si quis velit suum in mari projicere? in d.l. Menius, docent Menoch. 4. præsumpt. 83. nu. 6. & seq. missis alijs Consiliar Pratus 2. forens. c. 8. n. 1. Sabellius var. resol. c. 79. n. 17.*

- 15 Hinc omni xuo laudandi sunt illi, qui mortuorum cineres sinunt esse quietas, eorum voluntati penitus obsequendo; etenim, dicete Roberto. *Defunctorum voluntates eorumq; perpetua veneratio nõ fictas desiderat lacrymas, sed in suprema voluntatis executione consistit. Non solemnibus exequiarum pompa, non exquisita sepulcri magnificentia fidem, & securam amicitia memoriam consecrat. Nil magis agrũ morti proximum consolatur, quã si suprema sua madata observari speret, & ultima voluntatis cõmendationem pro affectu post mortem coli cõfidat, d. c. 10. & lib. 1. c. 3. mihi fol. 25. præsertim filij, quorum interest obsequijs, officiorumq; meritis vltima parentum mandata, & in alios benevolentiam, liberalitatemq; (quod lex in marito, & in multis laudat. l. fin. ff. & C. si quis aliquem testari) prouocare; exemplo Aphroniæ, quæ maternũ elogium, quamuis iniustum, fatius duxit patientia honorare, quam cõtraria voluntate conuellere. Valer. Maximus lib. 8. c. 8. Nulla vi verborum (tonat Seneca) nulla ingenij facultate exprimi potest quantum operis sit, quam laudabile, quamq; nunquam à memoria hominũ existurum, posse hoc dicere. Parentibus meis parui, cesso imperio, earum fide æquum suad iniquũ fuit, absque mentem, submissumq; præbui, lib. 3. de benef. cap. fin. memor Robertus 1. rerum iudic. c. 15. & nos exactius in nostro MVSABO part. 1. in Norma FILIORVM axiom. 6.*

Viceuerfa quanta seueritate plestendus, qui supremas testantium, eneruare præsumperit voluntates? Si pijsimi Cæsares sepulchrorum violatores, stylo proscriptionis adictos, perpetua deportatione castigant. *Luce palam* (aiunt) *sepulchra caduntur, & quidquid religio vetat, in usum licentia & axis sacrilega præsumptio. Finit malorum nec iam mortuis datur, in quorum supplicia constructio miseranda sedis eripitur. Scimus enim, (nec vana fides) solutas mēbris animas habere sensum, & in originem suã spiritum redire cælestem. Has libris veteris sapientia, hoc religionis, quam veneramur, & colimus, declaratur arcanis. Et licet occasus necessitatem mens diuina non sensiat, amans tamen anima sedens corporum relietorum, & nescio, qua sortitationis occulta, sepulchri honore latantur; cuius ransa permanet cunctis cura temporibus, ut videamus in hos usus sumpta nimio præiosa mōtium metalla transferrì, operosas moles censu laborante componi; quod prudentem cerisè intelligentia recusaret, si nil crederet esse post mortem. Subinde, Quisquis igitur sepulchra, profunda violatur quietis, & lucis hostis, effodierit; quisquis ex ijs qualibet marmora, aut saxa substulerit, poena mox habeatur obnoxius. in C. Teodos. sis. 5. de sepulchris mihi fol. 97. ar. Quanto dignos credimus maiore supplicio, qui nõ corporũ, sed perturbant requiem animarum? Iis obiici poterit, quod à Tullio Verri obiicebatur. Solus tu inuentus es, cui non satis fueris corrigere voluntates viuorum, nisi etiam resouderes mortuorum? 3. in Verr. Robertus, d. c. 10. Sacratissimæ leges (missum facimus aliorum poenas) eos indignos institutionis cõmodo statuunt; Cur non videatur indignus (sanxit I.C.) ut qui destitit supremas defuncti preces, consequatur ali-*

aliquid ex voluntate? l. si patroni §. qui per fideicommissariam ff. ad S.C. Trebell. Paulo quoq; Rectè placuit, cum qui recusat omnes, quod testator relinquit, & ab eo quod petit, quodq; idem deus, repelli debere, in l. Nestennius §. Rectè ergo ff. de excus. tutor. Nam, ut concludit acutissimi vir ingenij Hæcde: Pontificali auctoritate compellantur ad obsequium suprema voluntatis, l. hereditas. 50. ff. de petit. heredit. Exprimant ergo liberè testatores suæ mentis arcana; manent arlitria, quæ voluntas sincera commendat: nemo illis proprium auferat robar: nemo sub deferenda sibi hæreditate ingerat detrimentū; Cum magis interlit Reipublicæ, suppremas morientium voluntates vires acquirere, quam inani verborum subtilitate vanescere; Quia, sicuti maius bonum, minori bono præponitur, ita communis utilitas, speciali utilitati præferitur, cap. licet. de regular.

17 His riuulis degustatis, ad fontes ipsos progrediamur; Et primò generali lege sancitum esse prospicimus, testamenta nuncupatiua minime scripturam exigere; sufficit enim quod testator coram testibus spontanea voluntate declaret, velle testari, & hæredem Sempronium instituere;

18 quoniam eo casu testes post mortem testatoris firmiter, formiterq; examinati, de tenore Elogij deponentes, citatis omnibus, quorum interest (ad tradita per Menoch. conf. 639. n. 16. Azebed. in l. 3. tit. 13. lib. 5. recopit. nu. 3. Ciarlin. 1. contron. c. 21. nu. 1. Francisc. de Barry. de success. ab intestat. lib. 1. tit. 1. n. 8. Noguero. alleg. 25. num. 167. Cancer. 1. var. resol. tit. de testam. n. 96. Pascal. de patria potest. parte 2. c. 8. nu. 7. Andreol. 1. var. 6. n. 3. & lib. 2. c. 103. n. 1. Regens Capyc. Latro decis. 7.

latius lib. 1. consult. 14. n. 34. & 35. Hodiern. ad Surd. decis. 292. Thorus parte 3. Compend. v. testamentum nuncupatiuum Franciscus Tondutus 1. resol. Ciuil. cap. 81. in princip.) plenariam fidem faciunt. Per nuncupationem, hoc est sine scriptura (statuit Cæsar) testamenta non aliter valere sancimus, quam si septem testes simul vno eodemq; tempore collecti testatoris voluntatem, ut testamentum sine scriptura facientis audierint, in l. hæc consultissima §. per nuncupationem C. de testam. repetitur in l. in testamentis sine scriptis. eodem titul. & in §. fin. Instit. de testam. firmant Bart. in l. si quis cum n. 2. & ibi Bald. ff. de testam. Castrensi. conf. 456. n. 3. lib. 1. Alex. conf. 47. col. 2. & conf. 84. vol. 2. Crauet. conf. 65. Honded. conf. 77. nu. 10. & seq. lib. 1. Simon de Petris de interpret. vltim. volunt. lib. 2. interpret. 1. dub. 2. resol. 1. nu. 41. Clarus §. testamentum q. 4. ubi addentes Emanuel Suarez in Thesuro recept. sentent. verb. testamentum. nu. 13. Vilcont. in Conclus. Iuris v. Testamentum Hieronimus Teutlerus select. disput. part. 2. disput. 10. thes. 1. Vgo Donell. lib. 6. coment. Iuris Ciuil. c. 10. pag. 19. Obrech. disput. 9. de success. testam. thes. 155. & seq. affluenter Reufnerus in tract. de testamentis parte 3. c. 29. n. 2. Sic decisum Girardus Maynardus decis. Tholos. 4. n. 1. Ioseph Ludouic. decis. Lucens. 53. Minadous decis. 41. n. 3. Marta vor. 8. n. 38. Borrell. in summa decis. lib. 3. tit. de testam. num. 158. Regens Capyc. Latro cum aliis supra laudatis. Hinc ipsemet Cæsar. Liceat per nuncupationem, liceat municipalibus gestis iudicia suprema componere, procul dubio manebit firmiter hac voluntas, si tamen nullum defuncti posterius extabit arbitrium, in C. Theodos. de testamentis Idq; vsq; eò veritati est consonum, ut testamen-

rum nuncupatiuum coram septem
 testibus cōditum probari possit per
 duos, illud opportuno numero ce-
 lebratum testificantes, ex alijs Vi-
 uius *decis.* 438. n. 18. Nil enim refert
 vtrum testibus, vel scriptura testa-
 menta nuncupatiua probētur, Mat-
 thæus de Mirandol. *inter consil. vl-*
tim. volunt. conf. 43. quæ refert Hon-
 ded. *d. conf.* 77. n. 17. prolixius Fran-
 ciscus de Barry *d. tract. de success. ab*
insest. lib. 1. tit. 1. n. 6. de testamēt. Imò
 19 de iure hæc publicatio testamenti
 non prospicitur de substantia, nisi
 manifestè testator præscripserit su-
 am omninò voluntatem redigi in
 scripturam, Menoch. *conf.* 224. n. 39.
 & *lib. 4. præsumpt. 5. n. 7. & præsumpt.*
7. n. 15. Bertazol. *conf.* 86. Valquius
lib. 3. de success. progress. §. 22. limit. 12.
n. 1. Peregrin. *decis. Parau. 80. num. 7.*
 Hodiern. ad Surd. *d. decis.* 292. n. 5. &
 1. *var. cap. 35. n. 17.* de veritate con-
 sulte Reg. Capyc. Latro. *d. consulti.* 14.

21 Quod adeò verum est, vt firmita-
 tis robur acquirant istiusmodi testa-
 menta, quod si testator explicitè
 hæredis nomen non explicet, sed
 referat se ad quandam schedulam,
 etiam penes tertiū existentem, iure
 valuit quod expressit, Bart. *in l. si ita*
scripsero ff. de condit. & demonstrat.
 Imola Bald. Angel. Castrenf. Sali-
 cet. Alex. Corneus Gozadin. & alij
 apud Thadæum Pilonem *var. resol.*
lib. 2. c. 2. n. 2. mihi fol. 96. vbi latè ma-
 teriam hanc enucleat, sequuntur
 Afflic. *decis.* 143. n. 6. Clarus *§. testa-*
mentum q. 4. n. 3. & q. 36. n. 2. Martius
 Medices *examin.* 58. n. 12. copiosè
 Ferrentill. ad Burat. *decis.* 475. n. 22.
 vbi redarguit Gratianum aliter sen-
 tientem *discept.* 973. refert Andreol.
 alios laudans 2. *contron. c.* 103. n. 4.
 sed vide Cancer. de materia aliùs
 differentem *lib. 1. var. tit. de testam.*
n. 5. & seqq. Nec refert quod ex testi-

bus testamentarijs plures extiterint
 legatarij, quoniam hoc in casu quo-
 ties inter institutos, & venientes ab
 intestato quæstio verteretur, plena-
 riam fidem facerent, *l. distansib.*
 vbi glos. & Doctores C. *de testam.*
 Soccinus *in l. si quis ita n. 15. ff. de re-*
bns dubijs Bellon. *conf.* 14. n. 7. Cras-
 sus *§. testamentum. q. 57. num. 15.* latè
 Honded. *d. conf.* 77. n. 35. Dilectus *de*
Arte testandi tit. 2. caus. 9. Grianus
 latissime *5. forens. c.* 895. n. 37 & *seqq.*
 quidquid dicat Vrsillus ad Afflic.
decis. 144. n. 6. sed vide Vicium *opin.*
 892. n. 5. parte 3. & Andreol. 1. *con-*
tron. cap. 61. n. 8. & 9.

22 Tunc enim (vt legū Empiricis fa-
 ciamus satis) scriptū sollemne requi-
 ritur, & autoritas publici Tabellio-
 nis optatur, vbi Notariorū facultas,
 testiumq; suppeteret copia: vel in-
 scriptis condere testamentum, aut
 illud in publicam scripturam omni-
 nò redigi testator mandasset, Tepar.
var. iuris sentent. tit. de testam. in scri-
ptis Staib. Senior *conf.* 90. n. 11. Stai-
 ban. Junior 2. *forens. 1010 cap. 131.* se-
 cus vbi quis sola nuncupatione suæ
 voluntatis arbitriū ex mentis ipsius
 penetralibus hautum palam enun-
 ciauerit, vt verisimile est pestis tabe
 confectos agere, ex recensitis à Val-
 quio *de success. creat. lib. 2. §. 15. n. 117.*
 Mantic. *de coniecturis lib. 2. tit. 12.*
 Barry *de success. lib. tit. 1. num. 8.* quo-
 niam hoc in casu hæredis institutio,
 cæteraq; testibus absq; scriptura cō-
 probarentur, Gomes. Leo *decis.* 13.
in decis. diuers. tom. 2. & decis. 55. Te-
 pat. *loc. laud.* Si enim Epidemiæ mor-
 bo correpti velint Notarios accersiri,
 cauti Tabelliones timore conta-
 gionis non audent accedere; Si ve-
 lint præfinitum numerum testium
 interesse; prouidi testes ideò venire
 recusant, quia monete Summo Pon-
 tifice, *ibi non poterant securè morari,*
 & si

*& si accessum haberent ad illos, mortis sibi periculum imminerat, in c. ad supplicationē, de renunciatis. omnino Myſing. 1. obseru. 96. Sat uterq; perſpectū habet quā fit morbus iste periculofus, & præſentaneus, Annæus Robert. d. c. 10. Myſing. ſup. Cauendum eſt (inquit Seneca) ne corruptis iam corporibus, & morbo ſagranſibus aſſe- deamus, quia pericula trahemus, aſſa- ctuq; ipſo laborabimus, de Tranquill. animi c. 7. Quandoquidem, Aduerſus peſtilentiam non prodeſt infirmitas corporis, nō diligens valetudinis cura, promiſcue enim imbecilla, robuſtaq; innadis, alibi dicebat idem Romanus Philoſophus lib. 3. de Ira c. 5. Æger itaq; morti proximus cum nul- lum cerneret cum præſinito teſtium numero acceſſiſſe Tabellionem, qui eius vltimam voluntatem ſollemni- bus exciperet tabulis, id egiſſe veri- ſimile eſt, quod Senecam feciſſe cō- memorat Tacitus 15. *Annal. Poſcit teſtamenti tabulas, denegante Centu- rione; conuerſus ad amicos vltima ſua mandata, & ad ſenes SOLATIA re- fert, quam teſtandi formulam in- uſu fuiſſe teſtatur poſt Plinium lib. 14. epiſt. 22. Annæus Robertus d. c. 10. lib. 2. rerum iudicat.**

25 In itinere Conſultationis vnus Annæus Robertus, vir vndequaq; doctiſſimus, in viam videtur irruere. Is loco proximè deſignato, cum in ampliſſimo Senatu Pariſienſi con- trouerſiam hanc agitātā ſæpius re- tuliſſet, tandem Senatū bona de- functi graſſante peſtilitate teſtantis venienti ab inteſtato fatetur adiu- dicaffe, non admiſſa teſtamenti nū- cupatiui per teſtes probatione, eſt memor Borrellus in ſumma deciſ. lib. 3. tit. de teſtam. n. 192. Verum nos ſi aduerſarij alioquin peritiſſimi per- ſerutemur eſſatū, Conſultationi no- ſtræ nō reſtagabitur, Teſtatur enim

ibidem author, Senatū ad contra- rium ſtatucndum motum fuiſſe con- ſtitutione Caroli IX. Molinæis lata anno 1566, qua ſancitum fuit in ne- gotijs centum librarum Turonenſi- um valorum excedentibus, veritatē ſolemni duxat ſcriptura, nō per teſtes probandam; idquē ne dum- procedere in contractibus, quam in vltimarum voluntatum probatione ſubiunxit; ex verbis in corpore cō- ſtitutionis adiectis, *Cōtraxerunt, gef- ſerunt &c.* aduertit quoq; poſt Ca- rondam, Papponū, Coppinū, & al- ſos Frāciſcus de Barry d. tract. de ſuc- ceſſ. lib. 1. tit. 1. n. 6. Et hoc duplici ra- tione (ſubdit) Altera, vt vnusquifq; ſibi tura, ſaciliq; ſecuritate caueat; Altera, & quidem potior, ex aſſidua teſtium corruptela; cum frequenter contingat, teſtes prece vel pretio, a- more fractos & odio falſum depo- nere in iudicio, iuxta vulgata car- mina.

Quatuor iſta: timor, adium, dilectio, cenſus;

Sapē ſolent hominum rectos peruer- tere ſenſus.

Nil mirum (ſubſequitur author) ſi conſtitutio omnes alicuius momenti a- ctus ſcriptura publica, aut ſollemni ſubſignatione probari voluit. At vbi conſtitutio præfata non vigeat (pro- ut in Regno) Ius commune ſeruan- dum eſt, quod in omni negotio tam teſtium, quam ſcripturarum proba- tiones admittit. Exploratiſſimi ſi- quidem Iuris eſt, legem municipi- palem vnus loci, vel Ciuitatis ali- os non ligare, l. ſin. in ſin. ff. de teſtam. Cinus in l. 1. num. 7. C. qua ſit longa conſuetudo laſon in l. 1. num. 8. C. de ſacroſ. Eccleſ. Roman. conf. 367. num. 11. Crauet. conf. 121. num. 8. Oltrad. conf. 237. col. 1. Alex. cōſ. 6. n. 1. Surd. conf. 323. num. 13. lib. 3. Gratian. addit. deciſ. 220. n. 7. & 5. forenſ. c. 973. num.

M 2 39. Giub

39. Giurb. *decis.* 49. nu. 27. exemplo pacti, quod nō extenditur ad alium calum, rem, aut personā l. si unus §. ante omnia ff. de pactis. Gratian. d. c. 973. n. 41.

28 Hinc si eruditissimi Roberti rationes admitterentur, illud emergeret inconueniens, vt illa per testes probatio omninō destrueretur, contra text. in l. in exercendis cum similibus. C. de fide instrum. cum regulariter testes in omni negotio sufficiant, c. in omni de testibus c. cum esses c. relatum. de testam. c. nouis de iudicijs l. ubi numerus ff. de testibus; Vndē illud diuinæ vocis oraculum, In ore duorum, vel trium stat omne verbum d. c. nouis. Couar. in d. c. cum esses n. 3. latē Petrus Magdalen. de numero testium parte 1. q. 1. n. 1. Theutlerus *select. disput.* parte 2. *disput.* 1. *Thef.* 6. Herman, Vulceius *lib. 2. Iurisprudentia Romana* c. 2. §. *Eiusmodi persona*. Matthias Colerus *decis. German.* 120. n. 1. Petrus Cenedo *collect. Iuris canon.* parte 1. *collect.* 22. n. 1. & B. Ioannes *Apo-calyt.* c. 11. *Dabo* (inquit) *duobus testibus meis, & prophat abunt;* cui Apostol. *ad Timoth.* 1. c. 5. *Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus, aut tribus testibus.* Quandoquidem, dicente Summo Pontifice, *Et si eandem vim obtineant instrumentorum fides, & depositiones testium in litibus exercendis, non tamen quodlibet instrumentum tanti debet esse momenti, ut trium vel plurium idoneorum testium depositionibus preferatur.* c. cum Ioannes §. porro de fide instrumēt. Immo secundum aliquos magis creditur viuæ voci, quam mortuæ, per text. in *Auth. de fide instrum.* §. si vero collat. 6. d. c. cum Ioannes §. porro & probat Summus Pontifex, cum ait. *Secundum assertionem testium tantūmodo iudicandum, c. tertio loco 5. de probat.* & ibi *Glos. verb.*

testium latē Mascard. *de probat.* q. 5. n. 4. & seqq. & q. 6. n. 1. & seqq. Menoch. *de arbitrar. cas.* 526. n. 18. Crauett. *de antiq. temporis parte* 1. c. 5. de Franch. *decis.* 278. n. 2. *Thorus parte 2. Comp.* v. *Reconductio* fol. 541. præsertim vbi de rebus antiquissimis nō tractatur Kninchen. *de sublimit. territ. iur.* c. 3. n. 4. ex alijs Iacobus Schultes *observ. forens. observ.* 29. n. 36. & hoc ratione quidem perpensa, cum vocibus efficiamur certiores, quam literis, *can. de gradibus* 33. q. 8. & multa probantur testibus, quæ scriptura nequeunt comprobari, copiosē Mascard. *d. q. 5. n. 12. cum seqq.* Et si illa quatuor læpissimē veritatem deprimunt, eam tamen nō opprimunt, idē Mascard. *d. q. 5. nu. 22.* Cum veritas omnia vincat Hostienl. *in c. in Audientia, de sentent. excomm.* Fridericus de Senis *conf.* 14. eiquē cedant omnia, ex alijs Mascard. *quo supra num.* 17.

30 Verum, ne diutiūs in generalibus remoremur, specialia Domino largiente tangamus. Fuit læpiūs grassante pestilentia ventilatum, An testamenta eorum, qui morbo Epidemico perimuntur, coram quinq; testibus condita, sint perfecta? Agitavit ambiguitatem, quod hinc Iuris rigorem iubentem in testamentis omnes adhiberi sollempnitates, illinc necessitatem, *temporis legem*, Senec. *4. controu.* indulgentem ex æquitate aliquid relaxari, præualere credatur. Existimarunt complures, ex tot diffidentium Doctorum opinionibus quæstionem Cæleare decisione soluendam; ita nostras Maxilla in *Consuet. Bar. rub. de fide instrumēt.* §. *necessitas* n. 4. Iulius Clarus *§. testamentum* q. 56. n. 3. *vers. hac est ardua questio.*

31 Prima fuit eorum opinio, qui in hanc sententiam abiurarunt, vt statuunt,

tuant, hoc mentis elogium fabricatum coram minori quam septem testium numero esse prorsus inualidum. *Lex enim, ne quid falsitatis incurrat per paucos forte testes compositum testamentum, maiorem numerum testium expostulat, ut per ampliores homines perfectissima veritas reveletur.* in tonuit Imperator in *l. quaestianum* 31. *C. de fideicom.* Quamvis enim ex veterum Consultorum sententia in his testamentis videatur aliquid de iure laxatum, non tamen omnes prorsus sollempnitates, praesertim testium fuere timore contagionis remissae *Casus maioris, ac noui contingentis ratione* (Caesares rescripsere) *aduersus timorem contagionis, qua testes deterreret, licet aliquid de iure laxatum sit, non tamen prorsus reliqua testamentorum sollempnitas perempta est. Testes enim huiusmodi morbo oppressos eo tempore tangi, atque sociari remissum est, non etiam conueniendi numero eorum observatio sublata est. l. casus. 8. C. de testam.* Sub Cynofura huius Caesaris sanctionis sententiam hanc nervosè defensant Angelus in *l. fin. C. de testam.* Alexand. *conf.* 70. *num.* 16. & 177. *n.* 8. *vol.* 2. Soccinus Senior *conf.* 85. *n.* 6. *vol.* 4. Rubeus *conf.* 165. *num.* 1. Bertrandus *conf.* 212. *num.* 3. *vol.* 1. & 233. *n.* 8. *vol.* 2. ex alijs Ceuall. *comm. contra comen.* q. 290. Malcard. *de probas. conclus.* 1359. *num.* 22. Cardinal. Tuschus *tom.* 8. *practic. lib. T. conclus.* 122. *n.* 20. Facchinæus 5. *constron. cap.* 92. ex Doctoribus ultra montes Angelus Robertus *d. cap.* 10. Iacobus Cuiacius, Ybertus Giphanius, & Petrus Gilkennius in *d. l. casus* Matthias Berlich. *pract. conclus.* 5. *n.* 6. Paulus Berez *dispn.* 6. Hennonius *dispn.* 7. *constron.* 4. Vlicus Hunnius *super Instic. lib.* 2. *tract.* 5. q. 5. *mibi fol.* 554. Magd. in *tract. de numero testium in testam. requis. c.* 11. *ampliat.* 8. 10. Has-

præct. ad Clarum *d. §. testamentum q.* 56. *n.* 3. videtur de mente Afflicti *decis.* 25. *num.* 2. & *decis.* 134. Qui omnes constanter asseuerant, septenarium numerum testium in hisce mentis Elogijs non fuisse remissum; solum nempe contextum, ut eo tempore illorum sociatio non sit necessaria, relaxatum, *d. l. casus* (& si multi Doctores intelligant modicam solum discontinuationem, non magnam fuisse remissam, ita ut si testes de diuersis temporum interuallis super vltima voluntate deponerent, eorum non coniungitur depositio, sicuti post Valquiū resoluit Franciscus Tondutus *1. resol. Civil. c.* 81. *num.* 15.) Hæc opinio fulgurat exemplo D. Aquilæ uxoris Signoroli de Homodeis celeberrimi I. C. quæ cupiens pestilitatis tempore condere testamentum, ut illudque facere validum, curauit se in publicum asportandam, ut valeret coram septem testibus adimplere, meminit post Boerium *decis.* 228. Borrell. in *summa decis. parte* 3. *tit. de testam. num.* 191. adscripatur Hieron. Preuidellus in *tract. de peste tit. de vltimis volunt. c.* 6. qui similiter refert, quendam pestem correptum ad summitatem Icalæ fuisse ductum, ut coram Notario, & completo testium numero suæ absolueret moderamina voluntatis, testatur Ciardin. *1. constron. cap.* 109. *n.* 37.

Altera fuit illorum, qui temporis acerbitate commoti, viriliter defensarunt, eorum Elogia, qui caelestis iræ mucrone tanguntur, eoram quinque testibus condita validissima. Huius sententiæ Princeps est Baldus in *l. fin. C. de testam.* firmant Decius, & Parisius, ille *conf.* 283. *num.* 5. hic verò *conf.* 32. *n.* 6. & *conf.* 33. *num.* 26. qui vnanimiter opinionem hanc communissimam appellarunt; suffragatur Ialon in *d. l. fin.* ubi hanc statuens magis

32

33

34

35

magis æquam & veriolem, si casus (ubiunxit) occurreret, pro ea libentius iudicaret; probant innumeri inter quos Valquius *de success. creat. S. 22. n. 35.* Clarus *S. testamentum q. 56.* Emanuel Suarez in *Thesaur. recept. sent. S. testamentum nu. 34.* Petrus Cenedo *Collect. Iuris Canonici parte 2. collect. 159. num. 7.* relatis Corneo Barbata Alexand. utroq; Soccino Bruno Rubeo Boerio Rolandus à Valle *100 conf. 81. lib. 1. & Mascard. d. conclus. 1353. num. 18.* sequuntur Dilectus Castanæus Viuius Gabriel Hottomanus & reliqui apud Crassum *S. testamentum q. 54. nu. 5.* ex recentioribus Caualc. *de testibus parte 2. n. 54.* Cala *de modo articulandi tit. de prima specie probationis nu. 34.* vbi Afflicti decisiones enucleat, perbellè Gaillus *2. obseru. 118. n. 18.* & Myfing. *1. obseru. 96.* Dauth *de testamētis tit. de testibus testamentarijs n. 42.* Reusærus *eodem tract. parte 4. c. 17. n. 8.* Berlich. *parte 3. tota conclus. 5.* Barry *de success. ab intestato lib. 1. tit. 2. de testam. n. 8.* Borrell. *d. tit. de testam. n. 183.* ex nouissimis Ciarlin. *1. cōtron. d. cap. 109. n. 1. & cap. 21. nu. 5.* Franciscus Tondutus Sanlegerius *1. resolutus. Civil. 100 cap. 81.* Danza ad **36** *Grammat. decis. 62. nu. 15.* Sic decisum testantur In Rota Romana Puteus *decis. 372. & 382. lib. 1.* ipsamet Rota *in nouissimis decis. 356. n. 7. parte 6.* In Camera Imperiali Gaillus, & Myfingierius *locis supra adductis* vbi duobus testibus condita testamenta statuunt vnde quaq; perfecta. In S.R.C. Neapolitano Lucas de Penn. *1. in l. 1. C. de his, qui in exilium lib. 1. reuert Riccius collect. 1921. & 2475. & 229.* Marta *de success. legal. parte 4. q. 1. art. 2. nu. 32.* Baldezar de Angelis *ad Giu. reuol. decis. 45. nu. 14. & 15.* In Senatu Sardegalenfi Boerius *d. decis. 228. nu. 11.* In

Tribunalibus Grationopolis Guido Papa *decis. 542.* qui non alias hoc in casu sollemnitates desiderat, nisi illas de æquitate Canonica in testamentis ad pias causas à legibus requisitas. In Tribunali lanensi Reusnerus *decis. 8. n. 1. lib. 1.* In Senatu Tolosano Maynardus *decis. 16. lib. 1. Papon. lib. 20. tit. 1. n. 1.* Frânciscus Hottomanus *conf. 20. & 59.* In Senatu Sabaudix Antonius Faber *in C. lib. 6. tit. 5. defm. 5.* In Senatu Pedemōrano Thesaurus *dec. 180.* In Senatu Lufitanix Gâma *decis. 81.* vbi Flores de Mena. In Senatu Aquensi Frânciscus Stephanus *decis. 19.* In Senatu Saxon: Daniel Mollerus *ad Constit. Saxon. parte 3. constit. 4.* In Senatu Frisiz Io: Sandæus *decis. 4. tit. de testamentis mihi fol. 355.* qui communiter confitentur, opinionem hanc frequentibus rerum iudicatarum calculis solidatam. Et cum nuperrimè in nostra florentissima *RAVVIVATORVM* Academia hoc problema inter ingeniosissimos *AQVAEVIVAE* Doctores fuisset sollemniter agitatum, V.I.D. Io: Antonius Molegnanus Academicæ Princeps decreuit, in disputando posse priorem opinionem amplecti, in consulendo alteram.

Solidari poterit hæc opinio sumpto maximè argumento, quod tempus pestis, & tempus belli æquiparantur; immò appellatione belli venit pestis, Bart. & Doctores *in l. naturaliter ff. de usucap. Ripa de peste in princip. 4. n. 8.* Iodochus Damhoderius *in Enchiridio v. pestis* relatis alijs Caspar Thesaurus *1. qq. forens. q. 13. n. 6.* cum pestilentix tempore dicatur acre certamen inter Deum, & homines intercedere. Atqui belli tempore milites quomodolibet vltimum possunt condere testamentum *l. 1. ff. de honor. possess. qua ex testam. l. milites*

37

38

l. milites in expeditione degentes ff. de testam. militis, fufiori calamo Iulius Clarus §. testamentum q. 15. & 16. vbi Addentes, Facchin. lib. 8. contron. c. 39. vers. tertium argumentum. Capra conf. 127. & 129. Viuius decis. 491. Gratian. 4. forens. c. 605. nu. 21. His ergò finitimū, corā quinque testibus celebrata hæc languentium testamenta, secundum opinionem hanc, omninò valida; hac arguendi methodo vtuntur Gaillus Mysingerius & Rolandus locis superius designatis.

- 39 Quod maximè id procederet, si pia causa fuerit instituta; tunc enim hoc testamentum duos solummodò requireret testes, ad vulgatos textus in c. cū esset, & cap. relatum. de testam. Pridericus de Senis Abb. Alex. Corneus Decius Tiraq. Sotus Clarus Guido Pap. Boerius cæteri; apud Borrell. in summa decis. lib. 3. tit. de testam. nu. 260. & lib. 2. tit. de numero testium num. 81. Cum eo casu vel iuris naturalis, & diuini desiderantur sollemnitates, ex alijs Ciarlin. 1. contron. c. 21. num. 7. Sandeus d. tit. de testam. dec. 13. Couar. d. c. relatum Crasus §. legatum q. 67. n. 7. & 1. Valasc. decis. 67. num. 2. Vasquius de success. creat. lib. 3. §. 21. n. 1. vel quæ suere à Iure gentiū introductæ, Tiraq. de primil. piæ causa, post prefat. Thorus ibid. primil. 67. Nouar. de primil. miserab. primil. 126. Marant. 1. resp. 17. Gizzarell. decis. 46. & 47. Reg. Marinis 2. quotid. c. 229. Hodiern. 1. cõtron. cap. 36. n. 19. & 20. Ita quod ipsa dispositio substinetur, ne dum quoad piam causam institutam, sed etiam quoad extraneos legatarios, Clarus §. testamentum q. 7. Ciarlin. proximè indicatus Gratian. 4. forens. c. 605. nu. 27. quidquid esset, si pia causa fuerit per viam legati, vel specialis fideicommissi vocata, tunc licet validè-
- 40
- 41

tur legata, cætera tamen infirma remanent, Ciarlinus vbi supra nu. 91. vide Reg. de Marin. 1. quot. c. 238.

Nos igitur, vt è medijs pugnantiū opinionum fluctibus fluctuantes animo transuehamus in portum, Doctores vtro citroq; certantes distinctionis sædere conciliabimus. Aut enim pestilēs morbus, vbi conditur mētis Elogium, non adeò grassatur, ita quod habitantes nec à solita habitatione discedūt; & prior procedit opinio, vt septem omninò testes adhibeantur; Quod si verò locus adeò cõtatione affectus est, vt ibi cõtantes partim expirēt morbo correpti, partim, ne peste corripiantur, fugā arripiant, saluberrimū amplexantes pharmacū, CITO, LONGE, TARDE, (sicuti multis in locis præsens pestilētia) & altera præualet Doctorum sentētia, vt quinq; testium numerus absq; tabellione sufficeret. Distinctionem hanc post Ripam plurimos recēsentem in tract. de peste parte 2. tit. de priuil. vltim. volunt. amplectitur Io; Pappon. nor. 1. lib. 7. tit. de testam. vers. valde. Petrus Gregorius Thololanus Syntagm. Iuris vniuersi lib. 42. c. 5. nu. 18. Anton. Faber in C. lib. 6. tit. 5. de testam. de fin. 5. Thesaurus Peregrinus Mysingerius Malcardus cū alijs superius indicatis. Cum enim nimia pestilētia afflatu lethifero accedentes perdere sole at; quid mirū si prouidi testes, cauti; Tabelliones ad excipienda languentium testamenta venire recusent? Si ipsa amicos, atq; familiares, ne valeant interesse, deterret, & quod impensius terret quoq; propinquos, iuxta illud Senecæ in Tyeste. Fratrem expauescit frater, natum parens, gnatusq; patrem, liberi pereunt malè; quanto magis extraneos? Hinc Ouid. 3. de Pont.

Qui

*Quis non è timidus agrî contagia vitæ
Vicinas metuens ne trahat indè ma-
lum?*

*Quid ergò crudeliùs proponi potest
(clamat Robertus) quam si agrotis,
qui etiam à suis, ne dum à Notarijs de-
seruntur, omnis testanti facultas adi-
matur? Quiduè magis impium, quam
si supremas, & posthumas suas voces
nullo post mortem effectû effundant?
Si non extorqueat fidem prudentia, sal-
tem extorqueat verecundia, d. c. 10. fol.
mibi 430. optimè Cæsar. Minutijs
prisca cõsuetudinis, & obscuritate sub-
moris, solam defunctorum conuenit in-
spici voluntatem, cui multum roboris
erit, si vel septem, vel quinq; testibus
muniatur. in C. Theod. d. tit. de testam.*

45 Idq; perpenderes ex Doctoribus
plurimi, eo protrahuntur vt statuât,
testamenta eorum, qui sæuientis pe-
stilentia tempore degunt in Ciuitate,
vt agris subueniant, extinctos tũ-
mulari curent, cæteraq; pro bono
regimine operantur, quos libitinari-
os appellamus, coram duobus testi-
bus cõdita, exemplo militum in ex-
peditione testantium, validissima.
Næ enim, inquit Antonius Faber)
si dum pro Republica laborant, morbo
corrupti sint, visum est dignos esse, qui
militum privilegio gaudeant, vt quo-
quomoda testari possent & velint, rata
sit eorum voluntas, d. tit. de testam. de-
fin. 5. sequuntur Mascard. conclus.
1359. n. 26. Theaur. filius ad Genito-
rum decis. 280. docet Franciscus de
Barry de testam. lib. 1. tit. 2. nu. 8. An
47 autem in codicillis minuatur pro-
portionabiliter numerus testium, vt
tres videatur sufficere? decisum tra-
didit negativè Theaur. d. decis. 180.
His sic maturè præhabitis, non
obloquitur textus in d. l. casus maio-
ris, quia, vt prospicitur ex ipsomet
rescripti contextu, vel loquitur attẽ-
tis terminis prioris opinionis de

modica peste, ibi, *Adversus timorem
contagionis; vel saltim procederet de
rigore iuris, qui hoc casu humanita-
ti, & æquitati dat locum; ideoq; tra-
hendus nõ est ad hoc tẽpus, quo in-
festa tempestas populos maxima ex
parte prostermit, tanta eos calamita-
te perstringens, Vt multis morbus vi-
duasset ciuibus Vrbes, Gaill. d. obseru.
118. n. 18. Testamentum (inquit An-
tonius Faber) tempore pestis conditũ
non eo minus requirit sollempnem nu-
merum testium, nisi probetur tam gra-
uem sauiamq; fuisse pestem, vt copia te-
stium haberi non potuerit: quo casu hu-
maniùs visum est, quinq; testes suffice-
re, non pauciores, d. tit. de testam. de fin.
5. Cum enim tempus pestis sit tem-
pus mortis, omnia iura tam ratione
contractuum, & iudiciorum, quam
vltimarum voluntatum laxantur.
Sebastianus Medices in tract. Moss
omnia soluit parte 1. num. 139. & in
tract. de casibus fortuitis parte 2. q. 6.
n. 34. Petrus Ruizius decis. Lituan.
4. num. 369. Mascard. de probat. con-
clus. 20. Thomas de Marinis de gene-
re feud. tit. 2. num. 52. Hering. de fide-
iuss. c. 15. n. 81. Hinc Plato 4. de legi-
bus. Legum seueritatem (dixit) pesti-
lentiæ ingruentis occasione, aut remit-
ti, aut temperari, aut rescindi oportere.*

48 Quod autè illa sit opinio ample-
ctenda, quæ distinguendo pugnantes
sententias in concordiam redi-
gat, docet Corbulus de iure Emphyt.
c. 15. q. 15. n. 4. Simoncell. de decretis
lib. 3. tit. 8. n. 228. Surd. conf. 360. nu.
30. Calpar Klock De Arario lib. 2.
c. 41. n. 63. mibi fol. 376. Immò quod
opinio vnus Doctoris testamento
49 fauens communi præferatur opinio-
ni, voluit post Barbatiam conf. 6. nu.
3. & seq. lib. 1. Befoldus in sua Politi-
ca tit. An Principes Germani sine sol-
lemnitatibus testari queant, m. f. 173.

Illud andem non duximus sub-
ricen.

50 ticendum, In foro æquitatis & veritatis specialiter cautum esse, impugnantem testamentum ob defectum numeri testium peccare mortaliter. Abb. Barbar. & Anania *in c. cum esses, de testam.* Vasquius *de success. creat.* §. 1. n. 23. & §. 2. n. 9. & *de success. progress.* §. 30. n. 30. vbi de communi Didaco reprobato, Magon: *decis. Florent.* 58. n. 40. Tepatus *var. iuris sent. tit. de testamētis in genere c.*

51 20. Quandoquidem testamētum Iuris sollempnitatibus destitutū est saltem in foro conscientię obseruandum. Mantica *de coniect.* lib. 2. tit. 14. Cyriac. 3. c. 426. n. 75. & quod ex voluntate defuncti minus sollempni naturalis obligatio oriatur, docēt. Doctores, præsertim Bald. *in l. fin. C. ad l. falsidiam l. fideicommissum C. de cōdis. indebiti*, est communis opinio apud Crassum post alios, quos recēset §. *testamentum q. 1.* Clarus §. *testamentum q. 9.* Valquius *vbi supra* Reusnerus *de testam. parte 1. c. 4. n. 29. & seq.* Facchineus 4. *controu. c. 1.* Viuius *lib. 1. opin.* 146. Emanuel Suarez *inter commun. vol. 1. vers. In testamento minus sollempni*, & naturaliter debitum in foro conscientię est soluendum, Bare. *ad reprimentum verb. denuntiationem* Doctores *in c. nouis. de iudicijs* Couar. *in d. c. cum esses n. 5.* Clarus & Magon: *locis adductis*, ad materiam omninò Regens Capyc. *Latro decis. 7. n. 10.* Itaq; concludamus, *Modis omnibus quod præceptum est per testatores, adimpleatur. S. si verò nullus autem. Auth. de heredib. & falsidia.*

52 Transgrediamur nunc ad alios Iuris articulos acerrimè hoc tempore ventilatos. Primò ea satis increbuit dubitatio, An testes necesse habeāt videre proprijs oculis morbo correptum suæ condentem moderamina voluntatis, an scātis sit illum

57

audire? In hoc patefacimus conuenisse Doctores firmiter statuentes, nō subsistere mentis Elogium, si impediretur visus testantis, tamen testes deponerent se habere notam vocem ipsius. Textus est capitalis *in l. si non speciali 9. C. de testam.* vbi Diocletianus rescripsit. *Si non speciali privilegio patria tua iuris obseruatio relaxata est, & testes non in conspectu testatoris testimoniorum officio functi sunt, nullo iure testamentum vales.* firmant ibidē Castrensis Alex. Iason Sicardus Clarus §. *testamentum q. 59.* Crassus *cod. tit. q. 69. num. 4.* Ripa *de nocturno tempore c. 141. num. 8.* optimè more solito Alciatus *conf. 60. num. 3. & seq. & 1010 conf. 94. num. lib. 9.* Didacus Spino *in specula testam. glos. 31. nu. 22.* Reusnerus *de testam. parte 3. 1010 cap. 13.* Farinac. *de testibus q. 69. n. 185.* ex alijs Gratian. 5. *forens. c. 849. nu. 33. & 34.* vbi ampliauit, hoc quoq; procedere in codicillis. Cum enim, *Veritas oculata fide magis, quam per aures animis hominum insigatur*, teste Iustiniāno *in §. fin. Instis. de gradib. cognat.* vndē P. Æmilius, *Visus certus est rerum arbiter, lib. 10.* quod prius dixerat Venufinus, *Segnius irritant animos demissa per aures, quam qua oculis sunt subiecta fidelibus.* His consequens, ad tollendas de medio falsitates, quæ sæpè pestis tempore perpetrantur, Ciartin. 1. *controu. cap. 109. nu. 36.* in testamentis & codicillis debere omnia palam in conspectu fieri testatoris, *l. heredes palam 21. ff. qui testam. facere possunt* Angel. *in d. l. si non speciali n. 3.* Gratian. *ibid. num. 37.* Sæpè namq; compertum est, propter morbum vocem hominibus commutatam. Bald. Felin. Abb. & Alex. apud Gratianum *mox citatum nu. 38.* ex Medicis firmat Galen. *lib. 6. de morbis vulg. com. 2. subcoment. 43. & 1. prores.*

N

com.

- com. 2. late in lib. de ratione victus in morbis acutis com. 4. tex. 23. & lib. 1. de locis affectibus c. 6. quem laudat Fuxius lib. de morborum causis c. 4. & in commentis lib. 1. de symptom. diff. c. 6. Capiuac. de meth. Anatom. c. 22. & more
- 61 hyænæ alienam vocem effictam; adeo vt multo facilius in auditu, quis decipitur quam in visu. Cynus d. l. si non speciali nu. 2. Gratian. nu. 39. Ex quo illa praxis ex iuris hausta fontibus inoleuit, vt testamentum de nocte conditum tunc subsistat, si tria lumina sint accensa. Menoch. de presumpt. lib. 4. presump. 12. Ioseph Ludouic. decis. Perus. 116. parte 2. Decian. cons. 65. vol. 1. Fabius de Anna collect. 296. Gratian. d. c. 849. num. 40. & seq. alios conglomerat Riccius decis. 112. num. 2. 3. & 4. parte 3. (& si aliter decifum referat num. 5.) Nam, cum Tenebra ad subigendum sint aptiores, teste I. C. in l. r. §. tria lumina ff. de ventre inspiciendo, iuxta illud Euangelicum, Lucem odit, qui malè agit, apud Summum Pontificem in c. consuluit 27. de offic. deleg. hinc furtum à furuo dicitur, idest à nigro, quod clam & de nocte committi soleat l. 1. ff. de furtis. Quid mirum si tria luminaria in testamento nocturno, etiam ad pias causas requiratur? Rimin. Junior cons. 169. nu. 17. lib. 1. Simon de Petris de interpret. ultim. volunt. lib. 1. dabit. 1. solut. 3. nu. 9. ex alijs Gratian. d. c. 849. num. 44. & 45. videndus omninò
- 63 Clarus d. q. 59, quo loci cuiusdam mulieris regens exemplū, quæ maritū exanimem curauit ducendum, aliò, & quendā pro ipso supposuit, qui simulans se maritum, illam reliquit hæredem; cumq; omnes crederent ipsum verè maritum, iusto Dei iudicio falsitas detecta est, testatur quoq; Ciarlin. d. c. 109. n. 34. & seq. vbi subiunxit præsertim tem-

pore pestis debere testes aspicere testatores, quidquid esset, si ex cortina intermedia cum aliqua difficultate illos poterant intueri, Gratian. ibid. n. 48. & seq.

Deindè comperimus à peritioribus dubitatum. Vtrum ad publicandum testamētum nuncupatiuum, ac illud in scriptis postea redigendum, testes nedum in facti substantia, sed in formalibus testatoris verbis debeant esse conformes? Peritissimus Faber in suo C. lib. 6. tit. 7: de Instit. defn. 2. in eā sententiam protractus fuit vt statuat, in hoc testamento absq; scriptura condito non sufficere, quod testes in facti substantia sint concordantes, sed debēt in verborum quoq; cortice concordare, sic ait. Cum de nuncupatiua institutione per testes probanda agitur, quod enenis quoties nuncupatiuum testamētum sine scriptura factum proponitur; ij soli testes fidem faciunt, qui de verbis institutionis sic testantur, vt non solum in substantia voluntatis, sed etiam in verborum figura, & cortice consentiant: Alioquin non possunt videri consecretes, & de vna tantum institutione sensisse; quandoquidem si scriptum testamētū fuisset, vna tantum institutionis formula reperiretur. idem repetit tit. 20. de fideicom. defn. 15. sequuntur, Te pat. var. iuris sent. tit. de testam. in genere v. testamētum quando patitur publicari Ioseph Ludouic. decis. Luc. 53. n. 27. Honded. cons. 56. vol. 2. Regens de Ponte cons. 63. nu. 1. & seq. cum alijs quos congeffit Cancr. lib. 1. var. tit. de testam. nu. 85. & 86. vbi rationē apposuit; sequitur Ciarlin. d. c. 109. n. 43, Reliqui aliter sentiunt (quibus maximè assentimur) dicentes, quod vbi testes non reperiuntur in facti substantia dissonantes, parum de formalitate verborum curandum est, vt bellissimè probat

Can-

Cancer. *vbi supra num. 87. & seq.* Ad quod facit textus, qui quotidie ad materiam circumfertur *in l. 2. de in diem addict.* in illis verbis. *Mibi videtur verius interesse quid actum sit*, testatur Regens Merlin. 2. *contro. c. 40. n. 18.* vbi subiūxit, *Totam resolutionem in nuda verborum cortice reponere; non esse vndequaq; securum.* Expediri siquidem iuris est, quod vbi constat de voluntate loquentium, non est curandum de qualitate verborum *l. quoniam indignum. C. de testam. ibi; Quoniam indignum est ob inanem observationem irritas fieri tabulas, & iudicia mortuorum &c.* quia plerumq; *Dum proprietates verborum attenditur, sensus veritatis amittitur c. propterea, de verb. signif. de quo nos affluenter in Posteriori FACE parte 3. n. 43. & seq. fol. 73.*

Incidit nuper inter amicos quæstio, Quid asserendum, vbi testes in testamenti exemplatione deponerent testatorem dixisse, nulla habita ratione institutionis hæredis, bona sua Sempronio reliquisse, An istiusmodi testamentum sit validum? In hoc, & si authumarint nonnulli, mentis Elogium vti destitutum institutione præcipua testamenti parte penitus infirmari, ad tradita per Doctores *in l. 1. in fin. ff. de vult. & pupill. Castrenf. & Imola in l. 1. ff. de heredib. Insti. Bald. in l. hac consultissima C. de testam. Clarus S. testamentum q. 35. Capra conf. 65. nu. 10. Didac. Spino in speculo testam. glos. 17. nu. 12. & 13. Hieron. Tleutherus select. disp. parte 2. disp. 10. thes. 4. ex aliis Borrell. parte 3. tit. de testam. n. 165. Viscont. v. Testamentum Hodiern. 1. contro. c. 35. nu. 14.* Nos autem vterius indagantes idem validum firmavimus testamentum, quia vbi constat de voluntate testantis, verbum, *Relinquo*, adiectum vniuersitati bo-

norum hæredis institutionem importat, Doctores communiter *in l. 1. ff. de legat. 1. & d. l. quoniam indignum l. ex facto la 2. ff. de heredib. Insti.* Alciat. *in l. vrbis ff. de verb. signif.* copiosè Valquius similes casus congerens *in Auth. nonissima C. de inoffic. testam. Paris. conf. 3. n. 10. Cephal. conf. 436. nu. 60. lib. 3.* quo loci asseruit, idem esse pronūciare bona mea relinquo Titio, ac Titium hæredem instituo, cum bona hæreditatem importent, *l. nam quod S. fin. cum l. seq. C. ad Trebell. Bart. in l. quintus ff. de auro & argento leg. 1. Pamphilo S. propositum ff. de legat. 3. ex alijs Joseph Ludouic. decis. Lucens. 53. num. 3. & seq. Gugliel. de Benedict. in cap. Rainutius v. in eodem testamento il primo num. 3. & seq. & nos in d. Posteriori FACE parte 3. n. 41. & seq.*

Sed magna & inextricabilis illa fuit ambiguitas, coram quo Iudice faciendâ sit testamentorum publicatio, infinuatio, & recognitio? Iure periti ex utroq; latere habuere certamen, Existimarunt non pauci faciendam esse coram illius Iudice, qui testamentum condidit, ad text. *in l. testamenta omnia. C. de testam. Ciarlin. 1. contro. cap. 21. nu. 2.* Alij, vtraq; authorum aciem certo fœdere compescentes pronunciarunt, in causis Ecclesiasticis, spiritualibus, pietatem recolentibus, vel si agatur de vltima voluntate Clerici, altero Ecclesiastico instituto, publicationem coram Ecclesiastico absoluendam, Guttierrez *pract. qq. lib. 2. q. 48. n. 3.* ex alijs Ciarlin. *d. c. 21. nu. 15.* Si verò non de pia, sed de seculari causa tractetur, tunc publicatio testamentorum, testiumq; examinatio apud Iudicem laicum, coram quo principalis ageretur quæstio, faciendâ, ex multis Ciarlin. *ibid. n. 18.* sicuti videmus in dies, confectionem præambuli, &

inuentarij bonorum Clerici defun-
cti fieri per Iudicem laicum, vt ex
multis probat Bottil. *de success. ab in-
test. theor.* 12. n. 13.

67 Illa demum supererat hæsitatio,
An illa testamēta coram quinque te-
stibus condita sint perpetuò valida,
adedut si contingat peste correptos
periculum contagionis euadere, nec
alia condere moderamina volunta-
tis, firma remaneant ea pestis tem-
pore absoluta? In hoc firmiter pa-
tescimus illa semper valida, tamen
si testator valuerit cum omnibus iu-
ris sollempnitatibus repocare, ita
Corneus *conf.* 55. *alias* 35. *vol.* 4. Ri-
pa *de peste loco laud. vers. Quarto que-
ro.* Maxill. *d. S. necessitas non habet le-
gem* Paril. *conf.* 32. *sol. penult. vol.* 2.
Boerius *d. decis.* 228. *col. fin.* Roland.
d. conf. 81. *n.* 60. *lib.* 1. Mascard. *d. can-
cluf.* 1359. *n.* 25. Mantie. *de canic. et. vl-
tim. volut.* *lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 8. Tholosan.
syn. agm. iuris vniuers. *lib.* 42. *f.* 5. *377*
18. Barry *de testam. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 8.

Danza *ad Gram. decis.* 62. *n.* 18. Et
probatur ea potissimum ratione,
quod actus qui est perfectus, & ab-
solutus semper suam obtinet firmi-
tatem perpetuò valituram, etsi ad
illum deveniat casus, à quo incipe-
re non possit, *l. patre furioso* 8. *de bis
qui sunt sui l. oratione* 16. *S. fin. ff. de
ritu nupt.* ex alijs Amaya *lib.* 2. *obser.
Iuris.* c. 5. *n.* 47. sicuti dicimus, quod
si Clericus beneficium c. *Odorus*
est assecutus, illo iugiter gau-
det, etiam si Clericatu di-
miso efficeretur lai-
cus, ita quod
nequit à
suis
creditoribus in seculari
prætorio conveniri.
Regens Mari-
nis 2. *que-
rid. 1010*
cap.
49.



S O L A T I A

M O R T I S.

Siuè

C O N S V L T A T I O

A L T E R A

Testamentum nuncupatum laeviente pestilente minus
solemniter conditū, suis numeris statués absolutum,



*Plurimè Seneca testamenti tabulas, denegante Centurione,
conuersus ad amicos ultima sua mandata, & ad stenses
SOLATIA refert. Tacitus lib. 15. Annal.*



N O T A B I L I V M

E X E G E S I S.

F Vniculus triplex pramittitur, quo
haeres piam defuncti dispositionē
adstringitur obseruare.

2. Factum eompensiosa narratio-
ne proponitur.

3. Auditis partium rationibus ex
Caesare iudicandum.

4. Heritas, ad instar aromatum,
quo magis cōteritur, magis redoles.

5. Publicatio testamenti requiri-
tur, quoties testator voluerit adhi-
berè Nerarix pro eius stipulatione.

6. Aliter non diceretur testamen-
tum, sed preparatio ad testandum.

7. Nil actum creditur, quandiu
aliquid addendum superest.

8. Actus nunquam perfectionem
recipit, nisi suis intercesserit.

9. Perfectio contractus in conclu-
sione consistit.

10. Antè testamenti praelectionem
liberū est testatori addere vel mu-
tare, sicuti sepe contingit.

11. Conarrunias Hispanorum Bar-
tolus secundum Marham, & He-
ringium.

12. Ad eò Tabellio requisitus à te-
statore necessitate exigitur, quod
illa non interveniente, nisi in pia,
causa instituta, corrumpit testamen-
tū secundum Ostradam.

13. Ostradus in iure est maxima
auctoritatis.

14. In quolibet testamento quadru-
plex oportet concurrat perfectio.

15. Testamenta coram septem te-
stibus perfici debet, aliter corruūt.

16. Mulier nequit esse testis in te-
stamento, & potest non omni excep-
tione maior.

- 17 *Quarè leges veterum ne mulieres sint testes in testamentis.*
- 18 *Sexum muliebrem fragilem, & instabilem appellant viri doctissimi.*
- 19 *Mulieri arcanum non credendum monuit M. Porcius Cato.*
- 20 *In omni testamento tam sollempni, quam nuncupativo requiritur rogatus testium.*
- 21 *Rogatus testium omissus potest duobus testibus comprobari.*
- 22 *Sublata causa testati succedit causa intestati.*
- 23 *Author recedit ab hæcenus dictis.*
- 24 *Piam defuncti fratris voluntatem frater hæres ex multis non debet subvertere.*
- 25 *Increpatione Antonij Fabri contra hæredes defunctorum conscientiam non exonerantes.*
- 26 *Testamenta nuncupativa scripturam nequaquam exigunt.*
- 27 *Testamentum, de quo controuertitur continet omnia essentialia requisita.*
- 28 *Fides Confessarij magna.*
- 29 *Magis fidendum Confessario quàm Paracha defendit Regens Romanus.*
- 30 *Testimonium sacerdotis habet vim duorum testium.*
- 31 *Author admissum resoluuit omnia in contrarium adducta.*
- 32 *Tempore pestis nemo tenetur hominum conuersatione tentare.*
- 33 *Stipulatio non est necessaria in testamento nuncupativo, quoties ibi vocatus adheret testium depositionibus.*
- 34 *Si sollempniter testator velit testari, tunc deficientibus omnibus sollempnitatibus testamentum contrahit, si aliter secus.*
- 35 *Regens Marini, & Gratianus Authoris probantes distinctionem adducuntur loquentes & v...*
- 36 *Scriptura non requiritur, nisi in casibus à iure expressis.*
- 37 *Eadem voluntas in homine semper presumitur perseverare, etiam ex intervallo.*
- 38 *Mutatio voluntatis non presumitur, nisi specialiter de penisentia doceatur.*
- 39 *Scriptura in testamento nuncupativo adhibetur pro faciliiori probatione, ad evitandas probationes per testes.*
- 40 *Aliqua iuris conclusiones colliguntur ex hæcenus dictis.*
- 41 *Respondet author decisionibus, præsertim S.R.C. casq; enucleat.*
- 42 *Testamentum, etiam ratione voluntatis imperfectum, pia causa favore subsistit.*
- 43 *Nuntius Pellicionis in proprijs terminis adducitur.*
- 44 *Legata pro exoneratione conscientia dicuntur ad pias causas, imò sunt magis privilegiata quam illa.*
- 45 *Pijssimus Annai Roberti locus in terminis nostre questionis affertur.*
- 46 *Ex eo non debet quis fructum consequi, quod nisus fuit impugnarè.*
- 47 *Quibus testes requiruntur in testamento tempore sanctorum pestis.*
- 48 *Famina in defectum masculinorum est idonea testis in testamento tempore pestis.*
- 49 *Consilium famina non ita fragile, quin sæpe ad rem videatur accommodatum.*
- 50 *Cassianus multa surripuit à Tirvaquello, is aut librum ex libris composituerit.*
- 51 *Ninus, Numa Pompilius, Cyprianus, Augustus, Justinianus, & alij in arduis negotijs uxorum consilia adhibuerunt.*

- 52 *Testes adducti, & descripti in
præsencia testatoris dicuntur suffi-
cienter rogati.*
- 53 *In testamentis ad pias causas
non requiritur rogatus testium.*
- 54 *Hæres ex testamento se immi-
scens hereditati sibi relicta adim-
plendo dispositionem testatoris,
non potest succedere ab intestato.*
- 55 *Per immixtionē, & solutionē le-
gatorum censetur adire hereditas.*
- 56 *Bartoli auctoritas magna est,
taxatur Goueanus aliter missiās.*
- 57 *A legibus rusticitati cōsulitur.*
- 58 *Rusticus tenetur peritiores con-
sultare, aliter non excusatur.*
- 59 *Omnes homines natura scire
desiderant.*
- 60 *In his, quæ aduersus ius natura-
le, vel iuris rigorem aguntur, rusti-
cis non venit subsidio.*
- 61 *Nostra tempestate rustici non
sunt simplices, sed multum sagaces,
& ideo non succurritur:*
- 62 *Rusticus, quando desunt in Ci-
uitate quos debet consultare, tenetur
ad alteram pergere Ciuitatem.*
- 63 *Conclusio.*

S Y N O P S I S.

Testamentum nuncupatiuum integrè à testatore coram
testibus absolutum, non voluntatis defectu nullum, sed
vndequaq; perfectum, & si non in sollemnem stipulationem,
(vt desiderabatur à condente) redactum, enucleatis hinc in-
dè decisionibus, demonstratur. * Quamuis septenarius testium
numerus exigatur in testamentis, nec ibidem mulieris testimo-
nium admittatur, si tamen acriter scuiret pestis, & quinque suf-
ficiunt, & mulier testis idonea in subsidium. * Testes aduoca-
tos, coram testatore adductos, eoq; præsente descriptos, ipsis
dictantibus sua nomina, absq; alio rogatu dici sufficienter ro-
gatos, ad effectum ne testamentum corruat, celeberrimi iuris
ostenditur. * Legata exonerandæ conscientie causa relicta, cum
piarum causarum fauoribus potiantur, ex testamento volunta-
tis defectu etiam claudicante deberi, æqua ratione Iuris pru-
dētibus placuit. * Hæres testamentarius de facto in hereditate
immiscens, cum illam manifestè adijisse dicatur, ad omnia præ-
standa iure compellitur. * Etsi à legum conditoribus rustici-
tati consultum sit, nunquam tamen rustico subuenitur erranti,
vbi consultare peritiores neglexerit, præsertim si sagax, & de
lucro captando certaret; obiter rustici nostræ tempestatas no-
tantur.

CON:

CONSULTATIO

ALTERA.

*Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur
in honore, cap. rationi 78. de regul. iuris in 6.*

1 **C**um iuvari non decipi
beneficijs debeat, ma-
ximè ubi non iubente
2 lege, sed libera chari-
tate chara impenditur
liberalitas: cum ad substātiā pro-
pinquorum sine sobole decedentiū
vis sanguinis, ipsaq; pietas propin-
quos admittat: cum supremas mo-
rientium voluntates ita incumbat
officijs colere, vt nedum pro lege
seruare, sed eas oporteat legibus an-
teponere. Omni iure testamentum
nuncupatiuum, quod quidam Ec-
clesiasticus grassante pestilentia cō-
didit, vbi nonnullis legatis consan-
guineis factis rusticum fratrem scri-
psit heredem, fuisse validum; obie-
cti pro parte fratris, instāti admitti
3 ab intestato, non suffragantibus, di-
cebimus. Verum, quia Imperiale
responsum nos docuit, quod, *Nego-
tiorum merita partium. Assertionē pau-
duntur, nec imperialem. C. si per. vira.*
Antequam iura legatariorum, quo-
rum precibus, & æquitas, & iuris af-
fistit authoritas, solidemus; fūda-
menta rustici fratris (& si nostris lu-
cubrata vigilijs) ad lancem iustitiæ
duximus expendenda. Hoc enim
4 est ingenitū veritati, quo magis, ad
instar aromatum, conteritur, frangi-
tur, oppugnatur, eo in lucem fulgen-
tior, pulsus nebulis, quasi aurora
progreditur, vt post Castrensem
conf. 23. lib. 1. dicebat Crauet. conf.
135. n. 18.

Opponitur ex aduerso. Testamē-

tum præfatum ne dum defectu sol-
lemnitatis, quam voluntatis fuisse
nullum, ideoq; ad irritum reuocan-
dum. Postquam enim testator co-
ram testibus suam voluntatem in-
scriptis exceptam aperuit, liquidò
deprehenditur, iussisse accersiri Ta-
bellionem, vt illam in sollemnem
stipulationem redigeret; quo tandē
non accersito, & testatore morte
præuento, ratione voluntatis testa-
mentum dicitur imperfectum. *Qua-
tis exemplum testamenti quis prapa-
rat, & prius decedat quam testetur, non
valeat, statuit Vlpianus in l. fideicom-
missa 11. §. quoties. ff. de legat. 3. cui
Paulus, Ex ea scriptura, qua ad testa-
mentum faciendum parabatur, si nullo
iure testamentum perfectum esset, nec
ea qua fideicommissorum verba habent,
peti possit, l. ex ea 29. ff. qui testam. face-
re poss. Quamuis enim apertissimè le-
gibus cautum sit, posse quemquam
per nuncupationem, hoc est sine
scriptura suæ condere moderamina
voluntatis, ad text. in l. hac consulsis-
sima, & in l. in testamentis & vtrobiq;
Scribentes C. de testam. hoc tamen
est temperandum, vt non procedat,
vbi dilucidis voluntatis indicijs cō-
stat, voluisse testantem in publicum
documentum suam redigi volunta-
tem; quoniam antequam stipulerur,
non potest dici testamentum perfe-
ctum, nec suis numeris absolutum.
Ita Castrensis (qui primū hinc suæ
authoritatis fixit articulum) in l. qui-
bus idem n. 2. ff. de verb. oblig. cui cer-
tatim*

ratim ad stipulatur Decius *conf.* 159. n. 4. Guglielmus de Benedictis *in c. Rainuius v. Testamentum il primo Burgos de Paz ad ll. Tauril. 3. p. 1. tertie partis conclus.* 2. n. 231. Clarus *S. testamenti q. 7. & 9. Crassus eodem S. q. 12. Polidorus Ripa obseru.* 322. Costa *de remed. subsid. remed.* 109. nu. 15. ex alijs Gratian. 5. *for. cap. 969. nu. 23. Gamma decis.* 221. & 46. Ludouil. *decis.* 371. Surd. *decis.* 292. vbi Consil. Hodierna Castill. *decis.* 59. n. 55. Amatus 1. *resol.* 8. n. 18. ex Doctoribus ultra montes Lynglois *decis.* Belg. 24. q. 8. Io: Dauth *de testam. nu.* 407. additis alijs Io: Sandæus *decis.* Frisa *tit. de testam. decis.* 5. omninò Ant. Fab. *de errorib. Pragm. dec. ad. 31. error.* 9. ex nostratibus Anna *alleg.* 19. nu. 11. Nouar. *de priuil. miserab. person. priuil.* 111. num. 10. & seq. & *decis.* 102. Regens Capyc. *Latro decis.* 7. & 140. num. 15. Thorus *parte 3. Comp. v. testamētum, & in supplem. eodem verbo Regens Marinis 1. quotid. cap. 95. num. 22. & 23. & c. 238. Consil. Staiban. 1. resol. 68. num. 45. apertius 2. resol. 131. Consil. Hodier. 1. c. 35. num. 13. Bottilier. de success. ab intest. theorem. 42. num. 32. Quamdiu enim aliquid superest agendum (vt est in nostrorum brocardico) nihil videtur actum, l. *adificia* 139. S. *perfectisse ff. de verb. signif. l. penult. in fin.* ibi *Nihil actum esse credimus, dñ aliquid addendum superest, c. de his, quibus vt indigni Speculator in tit. de salario Aduocat. n. 11. Gaill. 1. obseru. 140. n. 10. Carrocius decis.* 88. nu. 2. Ciarlin. 1. *controu. c. 82. n. 18. Andreol. controu.* 112. Hering. *de fideiuss. c. 7. nu. 362. c. 20. toto S. 33. extente cap. 16. nu. 1. & seq. Velemb. conf.* 12. nu. 41. Herman. Vultei *conf. Marpurg. 24. n. 21. vol. 2. Gylman in Symphorem. pract. 1. tit. 2. vol. 1. n. 201. Reinkinck de regimine seculari lib. 1. class. 5. c. 4. n. 20. fol. mi-**

hi 274. sicuti Lucanus magis historicus quam Poeta *lib. 2. de Cæsare ait. Nil actum credens, cum quid superesset agendum.*

Cum ergò finis cuiusq; rei pars potètiore iudicetur, nisi ipse intercesserit, nunquam actus perfectionem, atq; integritatem recipit, l. *si is qui quadringenta* 79. S. *quadam, ibi, Non enim vllum balneum, aut theatrum, aut stadium fecisse intelligitur, qui ei propriam formam (qua ex consumptione contingit) non dederit. ff. ad l. falcidiam. Alex. Raudensis de Analogis lib. 1. c. 20. n. 2. & respons. 1. n. 25. vol. 2. Fabius de Anna conf. 79. num. 5. & seq. Gaill. de pace public. 2. c. 16. n. 24. Hering. de fideiuss. c. 16. num. 4. latè Io: Gædæus de contrah. stipul. c. 1. nu. 58. Reinkinck *vbi supra lib. 2. class. 3. c. 3. nu. 55. Regens Merlin. 1. controu. c. 80. num. 1. & lib. 2. c. 53. n. 17. & 18. Hinc Aufonius de septem sapientibus.**

Expectare Solon finem docet ortus Athenis.

Meminit Tiraq. de retractu S. 1. *glos. 7. ex philosopho Bald. conf. 272. Franciscus de Petris lib. 2. fessiu. lectio. c. 6. fol. 136. est eloquens Alexandri III. responsum in c. 1. de renunc.*

Ex quo illud emanat, quod in ore omnium resonat, perfectione actus in vltima consistere clausula, Bald. *in l. si voluntate C. de rescind. vendit. quandoquidem multa tractantur, quæ tamen non perficiuntur l. 1. S. 1. ff. de verb. oblig. l. sciendum S. editum ff. de adilit. edita Viuius decis.* 343. n. 8. Monter. *decis.* 20. num. 14. Regens Capyc. *Latro decis.* 140. n. 5. Ideoq; non sufficit colloquia, vel tractatus probare, nisi probetur quoq; conclusio Bald. *in l. multum interest. nu. 2. C. si quis alseri, vel sibi Marchisell. in syst. ma practic. qq. q. 68. n. 4. ex alijs Ciarlin. 1. controu. cap. 82. num. 12. & seq.*

O

He

9 Hering. *de fideiuss. cap. 20. §. 33. nu. 2. cum seq.* Andreol. *d. cap. 112. cū tota vis contractus in cōclusionē consistat*, Hering. *supra nu. 6. in proprijs terminis Rota apud Gratian. 3. forēs. c. 550. n. 49. idem c. 115. nu. 35. lib. 1. Eaderē Plinius. Quidquid non est peractum, pro non inchoato est. lib. 5. epist. 8. mihi fol. 318.*

10 Et quod totum tempus (vt reuertatur ad pensum) completam præcedens testamenti prælectionē, liberum sit testanti emendare, detrahere, addere, vel mutare, ambigi nō oportet. Sæpè namq; contingit, vt voluntatem, quam de rebus proprijs mente conceperint testatores, frequenter scribant, frequenter retractent, frequenter emendent, *l. in ipsius verb. mutare C. familiae ecclesie.* quid mirum, si plerumq; experientia teste, compertum sit, testamentum aliud continere, quam à testatore prolatum sit? Quare ad sinistra suspicionem, fraudisq; occasionem penitus ablegādas coram testatore prælectionē pernecessariam scripsit Didacus Couarr. (Hispanorum Bartolus, teste Petro Augustino Morla *in Emporio Iuris p. 1. tit. 8. q. 25. nu. 46. & Heringio de fideiuss. cap. 10. nu. 132. in c. relatum num. 11. de testam. Clarus d. §. testamentum q. 37. nu. 7. Mantic. de coniect. lib. 2. c. 6. nu. 11. Ludouicus Zuntius in conf. pro uxore num. 285. & seq. Afflic. decis. 143. Gramat. decis. 62. n. 5. & seq. Boerius decis. 14. n. 6. in terminis Io: Sandæus decis. Frisia tit. de testam. sota decis. 5. Dauth de testam. n. 404. Panschmānus lib. 2. qq. iuris q. 3. Castill. Sotomayor 4. contron. c. 21.*

12 Roboratur obiectum Oltradi auctoritate, qui *conf. 119.* scriptum reliquit, quod si testator binos vocauit testes simul cum Clerico, qui sua bona in papyro conscripserat, vbi

pluribus legatis factis, hæredes fecerat Christi pauperes; si deindè requisit Tabellionem, vt in publicā formam scriptam redigeret voluntatem; illo non accedente, consuluit author, tamen si pia causa fuerit instituta, dispositionem inualidam; cū reuerā non testamentum, sed illa dicebatur potiùs præparatio ad testandum. Oltradi consilium (præterquā author in iure est maximæ auctoritatis, vt scribunt Castrensi. *in l. is qui putat in fin. ff. de acquir. possess. Soccin. Senior conf. 146. col. 6. lib. 1. Paris. conf. 73. n. 37. lib. 1. vbi Oltradum verum legum confitetur parentem; meminit quoq; Menoch. conf. 2. post tract. de possess.) sequuntur Io: Andreas ad Specul. tit. de instrum. editione. §. compendiosè Alberic. *in d. l. hac consultissima §. fin. Castrensi. conf. 101. & 450. Decius d. conf. 159. nu. 3. relatis alijs Regens Capyc. Latro d. decis. 7. n. 15. & 140. n. 15. & quamuis impugnetur à Marta decis. 8. impugnator tamen validè expugnatur à Regente Latro locis nuper adductis.**

14 Ex quo illud emanare cōperimus, in quolibet testamento quadruplex oportet, concurrat perfectio, vt ex doctrina Iasonis *conf. 196. vol. 2. voluit Regens laudat. decis. 7. nu. 21.* Exigitur Primò materia, voluntas nempe testantis integra, perfecta, methodo concinnata, *l. si quis vbi omnes. ff. de testam.* Altera perfectio est in forma substantiali, puta in institutione hæredis, sine qua corrui testamentum. *§. ante hæredis, Instit. de testam.* Tertia in sollemnitate legali *l. codicillis. 1. fin. ff. de legat. 2.* Vltima est confirmatio, mors videlicet testatoris. In facti specie, quamuis secundum, & vltimum intercessit, defecit tamen primum, & tertium. Meritò voluntatis defectu testamentū supponitur imperfectum.

Priore

15 Priore adhuc querela vibrante, alia deinceps exurgūt; Illud nempe & defectu numeri testium, & eorum legalitatis esse viribus destitutum. Iurisprudētibus enim placuit, corā
16 septem testibus perfici testamenta: quo numero completè non existente, deficere mentis Elogium in forma substantiali in priori consulta-
17 rione vulgauimus *num. 31*, probat quoq; ex *Marta Tondutus 1. resol. Civil. c. 81. n. 19*. Et quāuis quinq; testibus dicatur ob priuilegium pestis validum testamentum, quia tamen, (posito quinq; sufficere) interuenit mulier, quæ regulariter nequit esse
18 testis in testamento, illud quoq; vitiat, *l. qui testamenta S. mulier. ff. de testam. S. testes Instit. eod. tit.* innumeros Doctores congerit *Farinac. de testibus q. 59. num. 55. & seqq.* Cū enim in supremis Elogijs interesse debeant testes idonei, *l. sancimus, ibi, Et hac vel per testes idoneos C. de testam.* quorum appellatione venit ille omni exceptione maior, *glos. in S. item verborum. Instit. de inutilib. stipul.* huiusmodi non sunt mulieres, *l. qui testamento. S. mulier. ff. de testam. ordin.* Quid mirum, si in vltimis voluntatibus nequeant esse testes?

17 Idcirco enim in testamentis mulieris subducitur testimonium (liceat iucunda digressio) Vel quia illud producat varium, & mutabile, vt ex *Mantuano 4. Aeneidos* rescripsit Pontifex in *c. forus, de verb. signif.* quod vocis etymon quoq; demonstrat, dum mulier, quasi mollior, à mētis mollitie nuncupatur, *can. Adam 33. q. 5. can. quod. proposuisti. 32. q. 7. S. prohibemus. v. nouimus Auth. de triente, & semisse Bald. in rub. de cohabit. clericis, & mulier.* *Tiraq. in Connub. l. 1. n. 55.* Hinc *Gelafius, Sexum femineum fragilem & instabilem*, dixit *can. de viduis 27. q. 1.* *Diocletianus, MN-*

licris voluntatem momentaneam, appellauit in *l. filia in orbitate C. de inoffic. testam.* *Theodosius, & Arcadius Cōsiliū femina vii fragile, cōdemnarunt in l. si pater in fin. C. de sponsal.* & *Iustinianus, Magnum (ait) habemus formidinem, ne facile iusiurandū per magnū Deum detur, & hoc à muliere prauaricetur, in §. quia vero. Auth. ut sine prohib. matrim. cui D. Hieron. Mulierum mutabilis, fluctuansq; sententia si suo arbitrio relinquatur, citò ad deteriora deuoluitur. epist. ad Demetriadem.* *Arist. quoq; Cōsiliū mulierum inualidum dixit 1. polit. c. fin.* *Liuius, Mulieres etiam parua mouent, lib. 4. belli Macedonici.* *Seneca, Nil tam mobile, quam feminarum voluntas, de remed. fortunis.* *Calphurnius, Mobilior ventis femina, in Buccol. Eglog. 3.* & *Æsopus, Leue feminarū genus, apud Plan. Quod ille hominum sapientissimus sub illis verbis, Mulierem fortem quis inueniet? luculenter expressit Proverb. c. 31. & ibi late P. Cornelius mihi fol. 866.* Vnde vulgata carmina:

Quid leuius fumo? flamen: quid flamine? ventus:

Vento quid? mulier: quid muliere? nihil.

Vel quia testantis interfit suum iudicium obsignari, illudq; nō ante vulgari quā luce priuetur *l. si quis. 42. S. sed et si. ff. ad l. Aquil.* ad hoc vt præteriti odia, vel insidias instituti hæreidis effugiat, *l. si quis. S. viui. ff. de pennis S. sin autem, Instit. de pupill. substit.* Etenim, *Cæsare rescribente, Eò res processit, vt dum sua quisq; iudicia publicare formidat, testibus testamenti sua non audeat secreta committere; ne suis facultatibus inbianes offendat; idè intestatus mori, quam sua mentis arcana periculosè pasiatur exprimere, in C. Theod. l. 1. de testam.* Id quod facile eueniret, si mulier testis adhibe-

retur; multum enim loquaces solent esse mulieres l. 1. §. *sexum ff. de postul.* & ad quiduis referandum summo quoq; cum suorum periculo sunt paratæ, exēplis illustrat Aulus Gellius *lib. 1. noct. Attic. c. 23.* ita ut reuera M. Portius Cato inter tria derestabilia, *Mulier (dixit) arcanum credere*, quod sua lubricitate non longo tempore conticescet, Plutarc. *in Carone.* Vndè vulgatum illud, *Tres mulieres faciunt nundinas*, de quo prolixius *in Connubialibus Tiraq. l. 9.*

Tandem opponitur, præfatos testes in sæpedito mentis elogio non fuisse rogatos: cum clara sit luris cōclusio, quod rogari debeant esse testes in testamento l. *heredes palam §. in testamentis ff. de testam. l. hac consulsissima in princip. C. eodem*, siuè illud celebretur in scriptis d. *l. hac consulsissima, ubi omnes*, siuè per nuncupationem fiat, *glos. in §. fin. verb. adhibitis Instit. de testam. Bart. d. §. in testamento Clarus, §. testamentum q. 6. & q. 58. Boerius decis. 34. Gramat. decis. 106. n. 26. Francisc. Marcus decis. 840. n. 6. Gamma decis. 45. n. 1. & 81. n. 1. Magon. decis. Lucens. 32. n. 6. Tadæus Pilo lib. 3. var. c. 1. n. 7. Gratian. 3. c. 550. n. 8. Hinc Antonius Faber. *Neg; tamen haic consequens erit; ut valeant eorum testamenta, si testes, qui adfuerunt, minimè rogati proponantur. Nam neq; militibus hac sollempnitas unquam remittitur, quia nec necesse est, cum quisquis loqui potest, aquè facile testes etiã rogare possit, in suo C. lib. 6. tit. de testam. de fin. 5.* & quamuis rogatus omittus possit deindè testibus comprobati, Alciat. *conf. 111. n. 9. Mantie. de comit. lib. 2. tit. 11.* Additionator ad Magonium d. *decis. 32. Borrell. p. 2. summa decis. tit. 6. n. 20.* siuè pluribus, ut post Bald. voluit Ancaran. *in c. cum effes, de testam.* siuè duobus, ut cōmuniter tradit Bor-*

rell. *d. tit. 6. n. 21. & 23.* ad stipulatur Cyriac. *3. c. 409. n. 23.* quia tamen in facto ista non fuit facta probatio. His consequens dicebatur, testamentum fuisse nulliter absolutum, ideòq; rusticum fratrem ab intestato ad totam defuncti fratris substantiam ad mittendum. Nam data inualiditate testamenti, & sic sublata causa testati, succedit causa intestati, *Doctores. in l. 1. C. de success. edicto Viuius decis. 438. n. 20.*

Nos autem libratis rustici rationibus ad stateram æqui libraminis, eas (salua seniorum autoritate) leuissimi ponderis deprehendimus. Ut autem luculenter id pateat, euidencia facti colligimus, quod sacerdos, priusquam ex hac luce migrasset, supremæ voluntatis elogio, instituto fratre, exonerandæ conscientie gratia duxit nonnulla bona suis consanguineis prælegare; idq; in vnus cartæ volumine quinq; testium subscriptionibus condidit; cui uti voluntatis integritate perfecto, æternam tribui firmitatem, inferius demonstrabimus. Ignoramus ergò quare hæc pia voluntas protrahitur, & (quod deterius) funditus aboletur ab eo, quem naturalis ratio, germanitatis affectio, & communis voti complendi religio fidem cogunt feruare defuncto; Dum satis innotuit, quod præter coniunctionem, sanguinis nimie beneuolentie glutino colligatâ, synderesis sacerdotem eorū dudum negotijs inuolutū, ut animæ iã periclitanti cōsuleret, stimulauit; suavit ipsa antidoralis obligatio, ut illis, à quibus multum liberalitatis palam acceperat, condignâ portionem legaret, *Ne tantis beneficijs obnoxius, in paruis officijs innotiretur ingratus*, D. Valerianus *homi. 3.* Quandoquidè, rescribete Pōtifice, *in officijs charitatis primo loca illis*

illis tenemur obnoxij, à quibus beneficiū nos cognouimus recepisse, c. cum in officijs 7. de testam. vbi Couar. & nos latè in posteriori FACE parse 2. n. 32.

25 Quid ergò indignius (clamat Faber) quam proprijs auribus audiri hæredes, qui, ne conscientiam defuncti exonerarent, propriam auerare nō erubescerēt? in C. lib. 4. tit. 24. de Usuris def. 36. & nos in priorī CONSULTATIONE n. 7. cum seqq.

26 Verum, vt ad rem postliminio redeamus, sciendum est nobis, quod huiusmodi testamenta scripturam, nequaquam exigunt; sat est, n. quod testator coram testibus nomen hæredis, cæteraq; exprimat voluntatis indicia; nam tunc ad illius probationem communis inoleuit praxis, vt testes post obitum testatoris, citatis omnibus quorum interest, examinatus, deindè publicètur depositiones eorum, vt innumeris alibi demonstrauimus (quod inorum, laudare vel superstitio esset, vel ostentatio) Nec ambigendū est quin testamentum, de quo controuertitur, contineat substantialia in nuncupatiuis Elogijs requisita (omnia enim à testatore integrè coram testibus declarata, statim fuerunt à Confessario literis consignata) ad text. in l. si quis Lex ea ff. de testam. Continet illud institutionem hæredis, vt formam substantialem, Inspicitur numerus test. n. necessarius; quæ reddere testamentū vndequaq; perfectum contestantur Guglielm. de Benedictis in c. Rainutius v. Testamentum il primo n. 93. ex alijs Regēs Capyc. Latro decis. 140. n. 10. & consult. 14. n. 54.

28 Nec in dubium reuocāda est cōfessarij fides, quoniam (præterquam multorum fuit testimonio comprobatum, illum fuisse legalem, exemplaris vitæ, & omni exceptione ma-

iozem) lex ei, qui animarum curam gerit, latis confidit, Corneus conf. 261. n. 31. vol. 4. quare, vt iudex electus animæ testatoris, rectè præsumitur in testamento omnia conscripisse; magis fidendum Confessario quā Parocho, defendit Rouitus decis. 95. meminit Thorus part. 3. comp. v. Appellatio an potuit, circa medium. Et quod præcipuè præsumatur verax, tradunt Soccinus Senior conf. 15. lib. 5. Menoch. conf. 39. nu. 17. refert Capyc. Latro decis. 12. n. 13. Nil mirum si eius assertioni credendum viriliter statuatur Couar. in c. cum sibi n. 23 de testam. Nauarr. conf. 16. lib. 9. Layman Theolog. Moral. lib. 3. tract. 5. de pactis c. 11. n. 15 Francisc. de Petris conf. 64. nu. 21. his relatis Regens Latro d. decis. 12. nu. 15. vbi plurium fretus autoritate vulgavit, testimoniū sacerdotis vim habere duorū testium, itaut in concursu magis credendum depositionibus quatuor Clericorum, quam sex laicorū, tamen aliquo eorum interfit, idem repetit tom. 2. consult. 35. n. 104. & seqq. antea Cayalc. decis. 46. num. 338. parte 1. Gratian. 4. fores. c. 749. n. 2. Barz. decis. 29. n. 31. & 50. nu. 8. Fabius de Anna conf. 59. n. 11. ex alijs Borrell. in summa decis. parte 2. tit. 14. de testum pralatione n. 5. Gizzius obseru. 10. ad d. Regens, Latro nu. 2. ex quo Sulmonensis 1. de Ponto.

Vaticinor, moneoquè locum dare sacraferenti,

Non mihi, sed magno poscitur ille Deo,

His ita positīs & expositis superest, vt opposita diluamus: ad quod pertingendum præmittendum duximus, nequaquā Ecclesiasticum pro roborando publica autoritate suo mentis Elogio omnino iussisse accersiri Tabellionem (vt falsò supponitur ex aduerso) sed quia inte-

gra,

graliter absoluerat omnia coram Confessario, qui perfectam voluntatem conscripserat in papyro quinque; testibus quoque; subscripto, Notarium (vt multorum patuit testimonio) ad benè esse, & vt omni futuro tempore scripta volùtas omnibus innotesceret, requisit; ad tradita per Gratian. 5. forens. cap. 895. n. 21. & 26. Regens Capyc. Latro decis. 140. n. 2. Sat ille sciebat Ciuitatis Tabelliones pestis tunc confectos, solum remansisse vnicum latitantem, qui nolens hominum conuersatione Deum tētare, can. queritur 22. q. 2. can. si nulla 23. q. 8. Petrus Pekius de testam. conuulgum lib. 3. c. 18. nu. 4. Blarerus in l. dif. famari c. 6. n. 111. C. de ingen. manum. Pacian. de probat. lib. 2. c. 46. n. 77. Peguer. in qq. Crimin. q. 8. nu. 3. & seqq. Cyriac. 3. cōtrou. cap. 544. n. 100. Hering. de fideiuss. c. 15. nu. 79. intra domesticos lares durāte pestilitate permansit. Sat quoque; perspexit, multos cælestis iræ mucrone tactos (quod grauitè ferendum est) cum morbo grauissimo laborarent, ad confitenda peccata Parochos, ad suprema verò ordinanda Notarios accersiri iussisse, vtriusque; petitionis repulsam inhumaniter passos esse; quomodo tam supinū, & imprudētem illū existimabimus, vt necessitate perstringeret ea, que prestari nō poterant? Quintilianus declam. 349.

Quis ergo diceret fieri cōsequens, Tabellione non accersito, & testatore rebus humanis exempto, testamentum voluntatis defectu nulliter declarandum? Generali lege prospectum est, stipulationem de essentia testamenti nuncupatiui non esse, quoties in testamento vocatus, non scripturæ sed adhæret testium depositionibus, Couarr. d. c. relatum n. 11. Marta vot. 8. n. 21. Honded. conf. 77. vol. 1. in terminis Peregrin. decis. 80.

n. 11. omninò Rota apud Menoch. conf. 1189. n. 11. & seqq. vbi, si testator suam propalasset intentionem, quam non potuit Tabellio publicare, valet omnimodo testamentum, quia (vt subiungitur ibidem) imperfectio non est voluntatis testatoris, sed potius sollempnitatis, qua non attenditur, vbi agitur non de probando testamento per scripturam, sed per testes, & hanc statuit cōmunem opinionem, à qua nec latum (vt aiunt) vnguem dissentiūt Ludouicus Zuntius d. conf. pro uxore n. 504. Honded. supra num. 17. & 20. ex alijs Gratian. 3. forens. c. 550. nu. 3. & 4. & 5. forens. c. 895. n. 21. cum seqq.

Ex quo leges naturali æquitate commotæ hoc adhibuere temperamentum, quod si ex coniecturata mente testantis deprehenderetur illum sollempniter voluisse testari, tunc, ex quo de sollicitudine actus publica exigitur scriptura, illa non existente, vel non sollempniter stipulata nullum voluntatis defectu redditur testamentum, arg. text. in l. contractus C. de fide instrum. relatis alijs Hodiern. ad Surd. d. decis. 292. nu. 1. & seqq. Palsalis de patria potest. parte 2. c. 8. n. 63. cum alijs cumulatis n. 5. & seq. Quod si verò coniectaretur voluisse nuncupatiuum cōdere mētis elogium, illudque; omni meliori via subsistere (sicuti in ambiguis nō præsumitur testatorem ad vnam testandi formā se restringere voluisse, ex alijs Regens Capyc. Latro decis. 140. n. 2. Gratian. d. c. 550. nu. 42. & 895. nu. 26. tunc, vt in proposita facti specie, quamuis scripturā fecisset, ac Notarium inuocasset, quia integra erat perfectaque; voluntas, ad faciliorem probationē hoc agere pronuciandū est, arg. text. in l. contrahitur ff. de pign. Natta in l. hac consulsissima S. ex imperfecto nu. 147. C. de testam.

La-

latius Honded. *d. conf.* 77. n. 17. latissime Gratian. *d. c.* 550. n. 4. & 895. n. 21. & *seqq.* non dissentit Manent. *decis.* 59. n. 24. pulchrè Corneus *conf.* 77. vol. 4. Betraz. *1080 conf.* 26. Laderch. *conf.* 155. Rota in *noviss. decis.* 260. p. 1. Thesaurus filius 4. *forens. q.* 28. n. 3. additis alijs Hodiern. *d. decis.* 292. n. 7. & *seq.* Gyzzius *obseru.* 7. ad Reg. *Latro n. 4.* & *seq.* idem Regens *d. decis.* 140. n. 16. vbi ex Tell. Ferdinand. nostram probat distinctionem; sequitur optimè Regens Marinis 1. *quosid. c.* 238. n. 8. vbi in hæc verba subscribit. *Communem illam subintrare conclusionem, testamentum tunc ratione voluntatis imperfectum dici, si expressè constet, quod aliud volebat testator addere, & disponere, morteque præventus non potuit, vel alio descentu impedimento; aliàs, licet supervenerit morbus, vel aliud impedimentum, actus præambulus explicatus, & perfectus non vitiosus.* hæc ille; omnium verò pulcherrimè Gratian. *d. c.* 895. n. 24. ibi. *Ex quibus tollitur obiectum de non publicatione facta per Notarium, quam videtur testator mandasse in apocha per eum scripta, Quia, ut dictum est, hoc procedit quando voluntas non esset perfecta, & publicatio, seu convocatio Notarij adhiberetur per testatorem ad effectum, ut sua voluntas per eos perficeretur, & ab eis ordinaretur; cū aliàs, si ipsemet expedivit, & perfecit, non obstat publicatio tanquam concernens actum sollemnitatis &c.* Eucleati siquidem iuris est; non requiri scripturam, nisi in casibus à iure expressis *l. corrahitur ff. de pignor. act. l. cum instrumen. l. in exercendis C. de fide instrum.* Donelli Eucleator *lib.* 8. *comment. c.* 13. *lit. L.* Hermosill. in *l.* 6. *tit. 5. parte 5. glos. 1. nu. 1.* Cancer. 1. *var. c.* 13. *nu.* 10. ex alijs Alphonfus de Olea de *cesson. inrium tit. 1. q. 5. num.* 12.

Non itaq; reuocandum in dubiū quin noster testator stipulationem desiderauerit pro testamenti dumtaxat sollemnitate; cū omnia (vt prædiximus, & colligitur ex scriptura, & restibus) adeò integraliter perfectisset, vt nil intenderet addere, vel mutare, ad text. in *l. cum. ff. de probat. c. maiores de baptismo.* Imò regulariter in homine eandē volūtatem semper iudicatur perseverare, *c. licet de procurator. in 6. Tuscus tom. 8. lit. V. cōclus.* 286. Menoch. *de arbit. cas.* 470. Grat. *decis.* 43. n. 23. ex alijs Barbof. in *princip. iuris verb. Voluntas n. 70.* Nouar. *decis.* 108. n. 9. Herman. *Vultei conf. Marpurg.* 15. *nu.* 94. *vol.* 1. Helfricus Vlricus Hunnius *Encyclopaedia iuris part. 2. tit. 20. de præsumpt. c. 1. n. 34.* nedum eādē, sed vniformem, *l. iam hoc iure ff. de vulg. & pupill.* Fusar. *de subst. q.* 403. *num.* 6. etiam ex interuallo *l. Sancimus vbi Iason. C. de testam. Ripa in l. si quis in fundi vocabulo col. 4. ff. de leg. 1. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt.* 16. Nouar. *decis.* 108. *num.* 9. Ita quod mutatio non præsumitur, nisi specialiter de penitentia doceatur *d. l. cum vbi DD. l. si quis in principio testamēti ff. de legat. 3. Alciat. de præsumpt. reg. 2. d. præsumpt.* 16. Gratian. *decis.* 19. Menoch. *lib.* 6. *rosa præsumpt.* 37. Molina *de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 7. *nu.* 2. Felicius *alleg.* 45. *num.* 6. latè Castill. *decis.* 145. *num.* 16. Borrell. *lib.* 3. *summa decis. tit. de primil. dotis num.* 37. Castill. Sotomayor. 6. *controuer. iuris c.* 117. *nu.* 13. & *lib.* 2. *c.* 4. & 37. *nu.* 7. Cyriac. 1. *controu. c.* 139. *n.* 44. attingit alia Regens Capyc. *Latro d. decis.* 140. n. 10. *vers. nisi probetur.*

Nec per testamenti scripturā præsumendum est, voluisse testantē sollemniter iudicia suprema componere; quoniam, & si scriptura in testamento nuncupatio adhibeatur, pro

37

38

39

pro faciliori tamen probatione, ad euitandas nempe probationes per testes exigitur, *l. contrahitur ff. de pignor.* Crassus §. *testamentum q. 10. num. 2.* Cancerius *var. tit. de testam. nu. 112.* Riminald. *lunior conf. 439. n. 1.* Talcus *lib. 8. lit. T. conclus. 97. nu. 5.* quo fit, ut deficiente scriptura, vel quia deperdita, vel quia à Notario non perfecta, vel quia non stipulatione corroborata, si testibus proberetur voluntas, testamētum validum, suisque redditur numeris absolutum, Castrensi. *conf. 307. lib. 1.* Parladorus *sesquicent. differens. quosid. diffin. 15. n. 11.* Honded. *d. conf. 77. n. 2.* Rota apud Gratian. *d. c. 550. nu. 41.* Seraphin. *decis. 581. & 623.* ex alijs Gyzzius *d. obseru. 7. nu. 4. & seq. ubi sic decisum.* optimè Gratian. *d. c. 895. nu. 25.* ubi ex Cephalo *conf. 99. lib. 1.* sic ait, *Nō consideratur, quod voluntas testatoris defecerit in non publicatione facta, & requisita per eum, quia non ex hoc deficit in non cōcernentibus dispositionem, sed sollemnitate; & ideo non dicitur defectus voluntatis, sed sollemnitatis, quo non tollitur, quod testamentum non sit perfectum perfectione voluntatis dispositiva, quamvis non perfectum perfectione sollemnitatis, qua non vitiat.* Hactenus ille. Ex quo, tanquam ex equo Troiano, in lucem emergunt vulgata illæ conclusiones; Semper præsumi quæquã velle testari omni meliori via, qua potuit, ut diximus *n. 34.* Semper voluntas absoluta præsumitur, & cōpleta, Alex. *conf. 109. in fin. lib. 7.* Nunquam supponitur testatorem voluisse aliquid addere, Honded: *d. conf. 77. nu. 11.* In dubio, voluntatis imperfectio nō arguitur, Regens Marinis *1. quosid. c. 238. nu. 8.* & contrarium asserenti incumbit onus probandi per media, quæ cōcludant per necesse, de quibus opti-

mè Rota apud Gratian. *d. c. 550. nu. 53.*

Quibus sic intellectis, cum omnia cupiamus obstacula remouere, non obstant Doctores, & in contrarium, prolatae decisiones; Nam, cum ex eis euidenter appareat ne dum voluntates testantium imperfectas, sicuti apud Regentem Latro *d. decis. 7. nu. 16.* commonesciunt illa verba, *Grati ci vedremo, che ci voglio pensar meglio questa notte*, quam testatores sollemniter voluisse testari; quid mirum, si non accedentibus Tabellionibus huiusmodi voluntates dici nō poterāt testamenta, sed præparationes potiùs ad testandum? annuunt Bottilier. *de success. ab intest. theorem. 42. n. 32.* Confil. Hodiern. *1. contron. c. 53. n. 17.* Gizzius *ad d. decis. 7. n. 9.* & ita quoque intelligitur Oltradi *conf. 119.* (præter quam quod multi aduersus illud insurrexere, ut videre est apud Martam *d. vot. 8. n. 21.*) Hic autē cum de voluntate vndequaque perfecta, nec de sollemni testamēto tractetur, quis, nisi rationis sit alienus, huic Elogio subtrahet firmitatem?

Et postmodò non admissio, voluntatis defectu nostrum Elogium claudicare (id enim, ex eis quæ diximus, inconcusse negamus) non tamen sit consequens, legata exonerandæ cōscientiæ causa relicta esse penitus annullanda. Vulgata enim est illa conclusio, testamentum, etiam ratione voluntatis imperfectum, piæ causæ fauore subsistere, ut post Panorm. Bart. Ancar. Castrensi. Decium Couarr. Imol. Tiraq. & alios firmat Regens Marinis *1. quosid. c. 238. nu. 12.* cui in proprijs terminis cōsonat Nūtius Pellicion. *qq. illustrium q. 42. mibi fol. 373.* sic inquires. *Aut testamentum est imperfectum ratione voluntatis, ex eo quia scheda, in qua legata*

40

41

42

43

legata pia scripta sunt, non fuit completè absoluta à testatore, qui alia volebat addere, qua morte praeventus non posuit. Aut verò declaravit legata pia coram testibus, sed volens postea alia proferre defecit. Primo casu certum est legata non deberi, quia adest imperfectio voluntatis circa totam dispositionem. Secundo casu, quia certa est voluntas, & declarata in legatis pijs, nil refert quod alia non declaraverit ob superuenientem mortem. Hæc ille, probant quoq; Regens Marinis nuper laudatus, & Maranta 1. resp. 22. n. 24.

44 Quod verò legata, quæ pro exoneratione conscientiae fiunt, dicantur ad pias causas, & piarum causarum favoribus potiantur, imò multo magis quam illa, quæ simpliciter relinquuntur, docet ex multis Præsul Maranta d. resp. 22. n. 14. & seqq. quo loci subiunxit, ea esse tantæ potentiae, ut vim confessarij debiti fortiantur, etiã absente parte, tamquã illa præsete, cū præses sit Deus omnipotens, qui scrutatur renes, & corda, arcana prospicit, intuetur occulta; attingit nonnulla Marott. 1. disp. 1. & 2.

45 Pijssimum itaq; duxit noster Ecclesiasticus æternitati consulere, & oblatrãte synderesi suis consanguineis debitã portionem legare. Quãdoquidem, ut optimè ratiocinatur Robertus. *Instat Iudicij dies, in quo omnis anteacta vita ratio reddenda est, & coram eo iudice causa peroranda, cui nihil occultum est, & apud quem probationum seu defectus, seu incertitudo nullam effugij spem dabit. Qui pius est & Christianus, opportunè omnibus conscientia sua navis ante decessum mederi cogitet. Itaq; quisquis vinus aliquem lasit, proximo nocuit, vicinum contra ius spoliavit, morienti potissimum solatium erit, si non modo panitere se noverit, sed & idone-*

am peccati satisfactionem pœnitentia accessuram speret. Aliquid mala fraude abstulit, restituantur: vicino nocuit, damnum sarciat: proximum lasit, eã satisfaciat in pauperes: dum vixit liberalis fuit, distribuatur à pijs hæredibus elemosina, & suprema voluntate pietas non parca, sed liberali, & effusa manu exercentur, lib. 1. rerum Iudic. c. 3. fol. mibi 29. At parum piè rusticus hæres agit, non omnia præstas, quorum perceptione defunctus suã conscientiam onerasset; Faber in C. lib. 4. tit. 24. de Usuris def. 36. (imò, placito Vlpiani, *Melius faceres, si se sumptibus inanibus non vexares, cum obtinendi spem non habeat, in l. 1. ff. de inoffic. testam.*) Quid mirũ, si debeat à tota fratris substantia cadere è cum secundum Summum Pontificem, *Ex eo non debeat quis fructum consequi, quod nisus extitit impugnare, c. ex co 38. de reg. iuris in 6.*

Alijs obiectorum telis, quibus hæres pias fratris dispositiones nitentur impetere, fecimus satis; & Primum illi, quo asserbat, testamētum præfatum defectu numeri testium, eorumq; legalitatis viribus vacandum. Quandoquidẽ, cum pestilẽtia, ubi Elogium condebat & fera, & ferrea in populũ irruisset, difficillimè (ut evidẽter innotuit) numerus testium potuit inueniri; vndè quinq; sufficere, *superiori Consultatione* fuit latissimè comprehensum n. 35. Et quamvis à plerisq; prudentum generaliter definitũ sit, in testamentis sceminã repellendã; quia tamen in facto probatum fuit testium copiam morientibus denegatam, in subfidiũ mulieris testimonium admittendũ firmant ex Alex. Iason & Bertrand. Duen. rego. 314. num. 2. Crotus tract. de testibus part. 1. n. 11. & 12. ubi ita in facti contingentia consuluisse testatur, sequuntur Ludovic. com-

P

cluf.

clus. 69. ampl. 2. iuncta fallens 5. Ripa de peste in. 2. q. secunda quast. princip. n. 21. Bellon. conf. 13. n. 8. Thesaurus filius ad Genitorem decis. 180. in fin. Franciscus de Barry de success. ab in- test. lib. 1. tit. 1. n. 12. Farin. de testibus q. 59. nn. 72. & 74. Anton. Faber in C. lib. 6. tit. 5. de testam. def. 5. Nec adeo infirmum, fragile, imbecillum mulieris est consilium, quin frequenter ita ad rem experiatur accommodatū, ut ne dum non aspernardum, quam summis laudibus extollendum, in- apertum eduxerit Tiraquel. in suis. 50 Cōnub. l. 11. à quo multa surripuit Cassaneus in Catalog. gloria mundi par. 2. confid. 10. (sicuti sæpè ita aliena transcripsit, ut librum ex libris composuerit, acriter conquerente eodemmet Tiraq. lococitato n. 28. & l. 2. n. 44. & l. 9. n. 135. in fin.) qui ex multis docent, Ninum, Numam Pōpiliū, Cyrum, Augustum, Iustinianum, & alios ab vxoribus in arduis, subitilq; negotijs optima quæq; sum- 51 plisse consilia, aduertunt quoq; Cyriac. 3. contron. c. 401. nn. 86. Marta. vol. 13. nn. 12. per politicos tramites Melchior Iunius qq. polis. lib. 2. q. 35. in fin. laxiori calamo Edo Nehufius in Theatro ingenij humani lib. 1. c. 7. de Sexus indicijs vbi fol. 154. & seq. Ex nos vberius in ZODIACO TRAGICO in simulacro VIRGINIS. Cum itaq; in fortioribus terminis hic habeamus testimonium sacerdotis, cō- plerè numerum septenarium inter- cessisse fatendum est.

Minus quoq; lædit Ecclesiastici testamentum asserta testium rogitus omisso; Quandoquidem, si veritatem perscrutaremur, testes illuxerit à Confessario fuisse rogatos, in punctis Maranta rōns. 19. n. 16. vbi voluit, non reperiri legibus caurum, quod testes debeant à testatore rogari, cum rogatos sufficiat à quo-

cumq; sequuntur Menoch. Gamma, Marta, & alij apud Cyriac. 3. cōtron. c. 409. n. 34. Immo si transgrediamur vlteriùs, cum testes adducti fuerint ante præsentiam testatoris, eoq; præ- sente descripti, ipsis dicantibus sua nomina, dicerentur sufficienter ro- gati ad effectū, ne corruat testamen- tum, Bald. in Auth. rogati nn. 2. C. de testib. Alex. Iason Farinac, cateriq; quos laudat Cyriac. vbi supra n. 35. Sat enim est quod, & si ad alium, finem collecti, certiores fiant, se ad firmandum testamentum adhibitos, l. heredes. §. in testamentis ff. de testam. præsentem, & patientem ipsomet testa- tore, Glos. in d. Auth. rogati ex multis Mascard. de probat. conclus. 1361. nn. 7. & 11. quo loci asseruit, ex eo quod testes se subscripserint testamento, dicerentur verè rogati, Clarus §. te- stamentū q. 58. n. 4. Cyriac. vbi supra. Gratian. videndus 3. forens. c. 550. n. 48. & seqq. Thadæus Pilo 3. var. c. 1. num. 7.

Et quatenus aliter esset (quod ma- nifestè negatur) quia testamentum factum fuit eo tempore, quo dira pestilitas in populos irruerat, non alias admittit sollempnitates, quam eas in testamentis ad pias causas à legibus requisitas, Guido Papa de- cis. 543. quo fit, ut sicut ista nullum requirunt rogatum, Gizzarell. decis. 46. Thorus parte 2. v. testamentum, & v. Rogatus, ex alijs Borrell. par. 2. sum- ma decis. tit. 5. n. 5. Antonius de Pol- sentibus singul. mixta cent. 4. singul. 385. Barry de testam. lib. 1. tit. 2. n. 8. pariter illa. Ex quo fit consequens, validū, & vndequaq; perfectum fuisse Ecclesiastici testamentū, idedq; fratrem debere ex testamento, non ab intestato succedere, attento illo brocardico, quod causa testati facit cessare causam intestati, Lantegnam C. Cōm. de succ. Cyriac. 2. t. 426. n. 6.

Ad-

54

Adstipulatur deniquè legatarijs, quia hic hæres testamentarius de facto in hæreditate defuncti fratris per possessionem bonorum, eorumq; distractionem, imò per quorundam legatorum solutionem, & alia modo, quo defunctus in testamento præscriperat, se immiscuit; vnde hæreditatem adiuit ex testamento; optimè Gratian. 3.c.468.nu. 78. & 79. Gugliem. de Benedictis in c. Rainutius v. Mortuo, il primo n. 379. seq. Hæc enim non solum animo adipiscitur, sicuti consulendo, & docendo vulgarunt Doctores, quos longa serie congescit Mascard. de probat. conclus. 40. n. 7. ex text. in l. pro hærede, & l. gerit, vbi omnes. ff. de acq. hæredit. Marant. in l. is potest nu. 42. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 9. nu. 3. Regens Capyc. Latro decis. 8. nu. 2. Molfes. conf. 35. nu. 5. Thorus in suppl. v. Hæres fol. 263. col. 1. tamen si nil attingatur hæreditatis, lafon in d. l. pro hærede. n. 4. Achilles de Graffis decis. fin. de testam. Præful Thomat. decis. 118. nu. 18. Thorus quo supra, cum substantia aditionis sit scientia delatæ hæreditatis, Rota diuers. decis. 541. parte 1. Verum etiam factò, ad text. in l. Paulus respondit. ff. rem ratam haberi, Magon. decis. 3. n. 7. Gramat. conf. 13. n. 9. Martius Medicus decis. 58. nu. 34. ex alijs Consil. Pratus 2. discept. c. 22. num. 4. & c. 13. Postius resol. Civil. c. 24. Et vt eam, quæ animo acquiritur, prætereamus: negari non potest, quin rusticus frater in bonorum fratris possessione permanferit, eaq; coluerit tanquam patronus, & dominus; imò vt moderator, & arbiter ad libitù disposuerit de eisdè; quibus actibus fraternam agnouisse hæreditatem, omninò fatendum est. *Bonorum possessor hæreditariorum (inquit Faber) si alium possessionis titulum non proferat, iure*

hæreditario possidere credendus est, si aut institutus hæres sit, aut legitimus. Præsumitur enim quilibet eo titulo possidere, quo posest, & de quo cõstat. Itaq; adita hæreditatis probatio non malè ex eo induceretur. in C. sit. de repud. vel abst. in. hæredit. defm. 1. sequuntur Mascard. concl. 45. nu. 6. Postius 1. resolus. Civil. c. 68. n. 78. & 88. nu. 178. Gratian. d. c. 468. num. 87. Gaill. 2. obseru. 128. n. 12. Ex alijs Helfricus Hunnius Encyclopædia Iuris parte 4. tit. 16. de hæreditatis aditione c. 1. nu. 5.

Roborant quoq; eam complures bonorù hæreditariorum vèditiones ab ipso met fratre proprio nomine celebratæ, ad text. in l. pro hærede l. pro inde l. si quis bona. S. sed si mandauit. ff. de acq. hæredit. Veral. decis. 26. part. 2. Corneus conf. 165. col. 9. vol. 2. Marant. in d. l. is potest nu. 55. Marta vot. 134. n. 3. Præles de Franch. decis. 80. Thorus in suppl. v. Hæreditas Hünius vbi supra. Ex quo enim illorù distractione se fecit dominù, non potuit alio titulo vèditiones absoluerè, nisi quia penes ipsum erat dominium; alioquin illud nõ poterat in emptorem transferre, l. rem alienã vbi omnes C. de contrab. empt. quare faciendo se dominum, fecit se pariter & hæredem, Præles d. decis. 80. n. 2. latè Consil. Pratus d. c. 22. num. 6. & seqq. Mascard. conclus. 52. Menoch. lib. 4. præsumpt. 101. nu. 73. similiter nonnullæ legatorum præstationes, Menoch. supra nu. 25. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 12. n. 14. Simon de Petris de interpr. vlt. volunt. lib. 5. dub. 5. nu. 56. Rurger. Rulandus de Commissarijs parte 4. lib. 5. c. 13. n. 25. Hunnius, & Thorus locis laudatis. Cum enim isti actus citra Ius, & nomen hæredis absolui non possint, nec ab alio fieri, præter quam ab hærede, vt illic ratione prospectù est, vt adita, agnitaq; dicatur hæreditas. Ita dogma-

P 2

tizat

56 tizat; Iuris lucerna Bartolus (cuius authoritas adeò inualuit, ut ab eadigitum vnũ abscedere posteri ve- reãtur; quidquid perperam muffita- uerit Goueanus *lib. 2. var. lect. Iuris c. 23.* qui tamen digna correctione corripitur apud Barzium *decis. 96. n. 25.*) in *l. frater à fratre ff. de condit. indebiti*, sequuntur alij apud Hunni- um *ubi supra c. 2. n. 2.* Cyriac. 1. *con- trou. c. 139. nu. 46.* Gratian. 4. *forens. c. 706. nu. 34.* Surd. *decis. 303. nu. 11.* & 267. n. 7. ad materiam Regens Mer- lin. 1. *contron. c. 89. n. 12.* & 2. c. 53. nu. 80. Regens Marinis 2. *quotid. c. 233. nu. 17.* Thorus *parte 3. v. Recognitio.* Bortilier. *de success. ab intest. theorem. 38. n. 4.*

Si ergò partem testamenti hæres agnouit, qua fronte ignorantiam ipsius prætexet? Regens Merlin. 2. *contron. c. 62. in fin. ad text. in l. cum de fide C. de non inuer. pecun.* si partis aditio totius quoq; aditionem ostē- dit, l. 1. *ff. de acq. hered.* Decius *conf. 618. n. 2.* Afflic. *decis. 13. nu. 21.* Mascard. *de probat. d. conclus. 45. num. 9.* Thorus *ibid.* quo Iure in vna parte fraternam cupit hæreditatem agnos- cere, in altera improbare? Nos latè in *Posteriori FACE p. 3. n. 29.* Rationi nõ cõgruit, ut quis cõtra factũ de- functi veniat, cuius hæreditatem agnouerat, *l. si ab eo 7. ibi, Cum & si iure libertas non præcesserit, respectu tamen adita hæreditatis voluntatem defuncti suo consensu firmare debuit, C. de liberali causa.* Velemb. *conf. 12. nu. 14.* Reinkinck *de regimine lib. 1. class. 3. c. 10. num. 10.* Hinc emanat, quod qui visis testamenti tabulis, eas vltroneè acceptaret, adeò quo- ad disposita sibi concitat præiudici- um, ut si testator aliter disposuerit, quam disponere de Iure debuit, il- las non potuerit impugnare, *l. Papi- nianus §. si conditioni*, ex illa decidē-

di ratione, *agnouit enim iudicium ff. de inoffic. testam.* Bart. in *l. licet. C. de pactis* Bald. in *c. Imperialem de prohib. fendi alien.* Oltradus *conf. 139.* Cra- uet. *conf. 237. num. 2.* & 257. n. 1. De- cian. *conf. 3. nu. 39. vol. 1.* & *conf. 2. nu. nu. 78. vol. 2.* omninò Menoch. *conf. 504. nu. 16. 17.* & 18. Gramat. *decis. 103. n. 147.* Gæddæus *conf. Marpurg. 25. num. 14. vol. 1.* Herman. Vultei- us *conf. Marpurg. 29. nu. 209. vol. 3.* cum nullitas testamenti ab eo non pote- rit allegari, qui illud approbavit, Roman. *conf. 251. nu. 2.* Crauet. *conf. 204. n. 15.* Beccius *conf. 90. nu. 2.* Me- noch. *cõf. 1015. n. fin.* Surd. *decis. 108. n. 9.* defectus enim scripturæ per ob- seruantiam subsecutam suppletur, l. 1. 2. & 3. *C. de fideicom.* Crauet. *conf. 274. n. 7.* Gratian. 5. *forens. c. 869. n. 5.* & 6. optimè 2. c. 249. Tomatus *decis. 68. n. 99.* & 10. Imò approbatio ne- dum ex acceptione rei, sed per so- lam quoq; petitionem inducitur, arg. text. in *l. ad solutionem C. de re iu- dic.* Beccius *conf. 106. n. 41.* Surd. *de- cis. 317. in princ.* Gratian. 2. *cap. 302. n. 16.* Cancer. 2. *var. c. 6. nu. 107.* vi- dendus punctualis textus in *l. paren- tibus arbitrium. C. de inoffic. testam.* Quæ omnia à facti specie sunt alie- na, stãte validitate (ut prædiximus) testamenti.

Nec admittēda, imò de medio ab- legāda est exculatio rustici asserētis hos actus innata simplicitate fecisse; quare vti iuris ignarum in integrum dicit esse restituendum. *Et ab anti- quis legibus, & à diuersis retrò Princi- pibus semper rusticitati consultum est,* inquit Cæsar in *l. & ab antiquis. C. de testam.* Cum enim regulariter ille- leges præsumatur nescire, *l. pater, in princ. ff. de doli except.* Bald. in *l. 1. quest. 3. C. de fideicom.* ex quo tamen & bono ei succursum iri, à quo do- lus abesse creditur, putant DD. quos copio-

57.

copiosè retexit Renatus Coppi-
nus Parisiensis *de privilegijs Rustico-
rum lib. 1. parte 1. c. 4. nu. 3.* post eum
Leotard. *de usuris q. 100. n. 57.* Quo-
modo enim (subiunxit ibidem Cælar)
*homines rustici, & quibus non est pe-
ritia literarum possent tantam legum
subtilitatem custodire?*

58 At dum iste rusticus in piam fra-
tris voluntatem irruit ruit, dum ca-
pit capitur. Quomodo enim igno-
scendum est ei (præterquam non
est propriè rusticus nuncupandus,
dum quotidie non degit ruris, vt
iure manifestissimo cautum est) qui
non expers scientiæ, vel saltem affe-
ctor ignorantie ante immixtionē
peritorum poterat adire consilia, &
*Non omnis ignorans, (tonuit Augusti-
nus) immunis est à pana. Ille enim
ignorans potest excusari à pana, qui à
quo disceret, non inuenis; istis autem
non ignosci potest, qui habentes à quo dis-
cerent, operam non dederunt;* canoni-
zatur in *can. non omnis 16. dist. 37.*
Peritioribus itaq; nō consultis, nun-
quam perspicuum est in Iure, vt ex-
cusetur aliàs excusandus, & sic rusti-
co parcatur erranti, *l. auia. C. de inge-
nuis manum.* ex illa decidendi ra-
tione, *Si cum peritioribus tractatum
habuisses, facile cognosceres,* probant
Tiraq. post alios *de panis temperan-
dis caus. 11. n. 20.* Menoch. *de arbitr.
cas. 194. num. 22.* Mascard. *de probat.
conclus. 1292.* Hering. *de fideiuss. cap.
8. nu. 108. & seqq.* ad materiam Gra-
tian. *2. forens. c. 235. n. 47.* Staiban. *2.
resol. c. 120. n. 23.* & de muliere emē-
te feudum absq; assensu irrequisito
peritorum consilio Regens Rouit-
tus in *pragm. 1. n. 173. de titulor. abusu*
Regens Marinis *1. quotid. cap. 129.*
Romanus, & Salicet. in *liuris igno-
rãtia C. qui admitti.* Quandoquidem
in his, quæ introducta sunt ad con-
seruandum Iuris rigorem, rustico nō

succurritur, *Constitutiones Principum*
(inquit Cælar) *nec ignorare quem-
quam, nec dissimulare permittimus, l.
cõstitutiones C. de iuris & facti ignor.*
Surdus de alimentis tit. 6. q. 7. num. 6.
Gratian. *decis. 219. n. 9. & 1. forens. c.
72. n. 44. & lib. 4. c. 604. nu. 17.* Costa
*de facti scientia reg. 15. in specie Trẽ-
tacinq. 1. var. tit. de except. resol. 1. nu.
46.* Hodierna. *ad Surdum decis. 137.
n. 1. & 281. nu. 16.* Danza *de pugna
Doctorem lib. 3. tit. de iniurijs c. 1. nu.
31.* Hinc dogma canonicum: rusti-
ci in contractibus quos ineunt, in
testamentis quæ condunt, in matri-
monijs quæ contrahunt, vt omnia
salua eorum extimatione, & consci-
entia peragant, peritiores tenentur
consulere, Actius *de ludo Larrancu-
lorum q. 11. & de infirmis parte 2. §.
rustici,* Sforzia Oddus *de restit. in in-
tegrum par. 1. q. 10. art. 8. & 9.* Homo-
bonus *de statibus vite humana parte
2. tit. 17. mihi fol. 627.*

58 Nec ratione caret assumptum; Nā
cum, auctore philosopho, singulis
hominibus infitum fit à natura hoc
desiderium ediscendi; vnde Tullius,
*Omnes duobus, & trahimur ad cogni-
tionis, & sciendi cupiditatem, 1. offic.*
quod non fatuisse Iureconsultos, ca-
uetur in *l. legatis §. ornaticibus ff. de
legat. 3. l. apud Iulianum ff. de fidei com-
miss. libert.* vbi Scævola proclama-
uit. *Et si alteram pedem in sepulcro
haberem, adhuc tamen addiscere vel-
lem* (de quo, qui prolixiorē sermo-
nem cupit audire, consulat post ve-
teres Cassaneum *catalog. glor. mundi
parte 10. consid. 4.* Melchior. Iunium
lib. 2. polit. qq. q. 42. mihi fol. 73. 74.
Polianthæam Langij *tit. Constantia
v. Historica Exempla* Edonem Neu-
sium in *Theatro ingenij lib. 1. c. 11. de
insatiabili discendi studio mihi fol. 222.*
qui plurimos studio veræ laudis ac-
centos desertis suis laribus, dulcet-
busq;

busq; pignoribus per incognitas mundi partes diutiùs peruagasse demonstrant) contra instinctum naturæ, inquit Baldus, rustici videntur peragere, qui nõ consulunt, cum possent peritos (quorum doctrina imperitorum mens, & totus illuminatur mundus, *Aurb. habita C. ne filius pro patre*) consulere, in *c. vlti. col. 3. de confessis*, Tiraq. *de penis temper. d. c. 11. nu. 7. & 21. Menoch. de recup. possess. remed. 15. n. 28.* & sicuti pro comparanda corporis alimonia ad Vrbes, pro cædendis lignis ad sylvas, festiuis diebus ad templa pergebāt, ita pro consilijs capiendis ad peritiores accedere poterant, præclare Bald. *loco citato & in l. iuris ignorantiam C. qui admitti, in l. cunctos populos C. de summa Trinit. & in l. 3. C. de iure deliber. ad stipulantur in Topicis* Euerard. *loco à defectu formæ Scaccia de Iudicij caus. ciuil. c. 10. Farinac. de penis temper. q. 96. caus. 11. Hering. de fideiuss. c. 8. n. 108.* Nam authore I. C. *Non negligentibus subuenitur, sed necessitate rerum impeditis, in l. non enim 16. ff. ex quibus causis maiores l. pupillus l. Paulus. ff. qua in fraud. credit.* Thesaur. *decis. 191. num. 2. Hering. d. tract. c. 27. parte 2. n. 82. Regens Capyc. Latro decis. 42. nu. 8. latiùs consult. 154. nu. 25. & seq. Consiliar. Hodiern. 1. var. c. 31. n. 44.* scire enim, & scire debere æqua lance librantur, *l. quod te. ff. si certum petatur l. qui fundum §. seruus ff. pro empr. Bald. in d. l. 1. col. 5. C. de sacros. Eccles. vnde Paulus I. C. Scientiam nõ hanc accipimus, qua iuris prudentibus insit, sed etiam quam quis aut per se habeat, aut consulendo prudentiores assequi possit, l. in bonorum 10. de bonor. possess.* Quarè sicuti quod cogitare debueris, cogitasse præsumeris; pariter cum minime contradixeris, nec protestatus fueris, consequens detrimentum.

maluisse videris, *Alex. conf. 6. et 207. vol. 2. & conf. 102. & 112. vol. 1. Romanus conf. 299. & 395.*

Cum itaq; rusticus pro re nõ parui momenti peritiores cõsulere negligens, contra instinctum naturæ peccauerit, nunquam visum est legibus, vt restitutionis beneficio poria-
61
tur: In his enim, quæ aduersus ius naturale, vel naturalis iuris ratione aguntur, ei non venit subsidio. *Non in ea re rusticitati venia præbeatur* (statuit Cæsar) *cum naturali ratione honor huiusmodi personis debeatur, in l. 2. C. de in ius vocando,* firmant ex pluribus Tiraq. *d. caus. 11. num. 7. Mascard. d. conclus. 1292. nu. 11. Menoch. de arbitr. d. cas. 194. nu. 22.* Impensius quia ille (vt in examine doctum fuit) erat admodum sagax, & vt vulgariter dicitur, *era squadrato*, (sicuti hac tempestate rustici non simplices, sed sagaces existunt, ita ut locũ nõ habeat, quod Poeta cecinit. *Rusticus indoctè si quid dixisse videbor, Da veniam.*

62
Imò, *Innocens; & quieta rusticitas,* quam Cæsar præconizauit in *l. vtili 3. C. de defens. Ciuitatum,* hoc tempore est nigro simillima Cygno, ex eis, quæ congerunt Bertazol. *in repet. l. si quis maior Menoch, d. cas. 194. n. 3. Hieron. de Laurentijs decis. Auenion. 79. n. 7. Hering. vbi supra c. 8. nu. 110. Sforzia Oddus de restit. in int. q. 9. nu. 63. parte 1. vbi sigillatim describit rusticos. Nouar. de grauam. Vassall. grauam. 425. n. fin. Surdus decis. 237. n. 11. Farinac. q. 98. caus. 11. num. 59. Danza de pugna Doctorum lib. 3. tit. de iniurijs c. 1. n. 35. & seq. & secundum omniscium Tholosanum de Republ. lib. 4. c. 8. nu. 4. rustici sunt fallaces, fures, & callidi, cõsonat Mascard. *de probat. q. 8. n. fin.* iuxta illud vulgatum. *Si ungit pungit, si pungit rusticus ungit,**

Ru.

*Rusticus infatur nimium dum sa-
pè rogatur)*

vnde ei nullo restitutionis in inte-
grum beneficio subuenitur; Toto e-
nim iure sagaci non parcitur rusti-
co, Tiraq. Menoch. & Mascard. *locis
laudatis*, quibus adiungimus relatos
à Leotardo *de Vsuris q. 100. n. 58. cū,*
teste Baldo, ei solummodo succurra-
tur, qui verè rusticus est opere, & cō-
uersatione apud Tiraq. *ibid. n. 17.*

Præsertim quia certabat de lucro
captando, vnde ei non prodest rusti-
citas, Guglielm. de Bened. *c. Ration-
ius v. Et uxorem nomine Adolastam,*
n. 97. accuratè Menoch. d. 2. c. 194. n.
22. vbi sic ait, Quando rusticus potius
peritiores consulere, & non consuluit,
sed ex suo capite agit, tunc non excusa-
tur (subinde) hoc intelligo, cum ru-
sticus commodam, & lucram vult con-
sequi, tunc ei non prodest rusticitas; &
rectè, mea quidem sententia, quodam
modo error, nec iuris ignorantia in lucro
assequendo prodest, l. regula ff. de iuris,
& facti ignor. l. error. C. 404. Rationem
illam esse opinor, quia nemo debet ex
sua negligentia, & ita ex suo delicto
commodam consequi, l. aq. fullo ff. de
furtis, fauere enim iura vigilantibus,
non dormientibus. Hactenus ille, cui
suffragatur Farinac. quo supra q. 98,
n. 40. 41. & 103.

63 Quod autem assertus hic rusticus,
antequam se in hereditate defuncti
fratris immiscuit, peritos consulere
poterat, dubitari non debet. Est
enim Urbem nimia prospeximus ca-
lamitate vexatam, gemini tamen re-
mansere Consulti iugiter cōuersan-
tes; quorum si nollet vota perqui-
rere, liberum ei erat per nuncium,
aut epistolare compendium ad al-
teram pergere Ciuitatem. Si quan-
do defuncti in Ciuitate, ex qua pupilli
oriandi sunt, qui non idonei videantur,
officium est magistratum exquirere ex

vicinis ciuitatibus honestissimū quēq;
& nomina Præsidiū provincie mitte-
re, rescribunt in simili Vlpianus, &
Paulus fulgentissima Iuris sydera,
lumina mutuati à fonte lucis Papi-
niano, ille in l. 1. §. si quando ff. de ma-
gistr. hic vero in l. diuus ff. de tutor. &
curar. dotis, probant Salyc. Roman.
& Bald. in l. iuris ignorantia C. qui ad-
missi Tiraq. d. caus. 11. n. 22.

Epistola enim, teste Turpilio apud
Hieron. *epist. 46.* sola homines absē-
tes facit præsentēs, Quia audiri ab-
sentium verba non poterant, (inquit
Hipponensis Antistes) illa ratio pe-
perit litteras, notatis omnibus oris, ad
lingua somis, atq; discretis, de ordine
lib. 2. c. 12. ex nostris tradidit Barto-
las, Epistolam esse absentibus id;
quod est sermo præsentibus; immò
eum, qui alteri scribit, intelligi præ-
sentē præsentē alloqui, in l. nuda col,
2. ff. de donat. corroborat Alex. conf.
181. vol. 1. Menizan. conf. 46. n. 35.
Zafius conf. 9. n. 27. lib. 1. Matthæus
Cubo lib. 1. de pactis c. 14. num. 8. Ea-
propter Æmilius Ferretus conf. 16.
nu. 18. Epistolam præsentē organum
voëat, & ita Grædæus vicarium os,
& substitutionem linguam, non aliter ac
lex dicitur natus magistratus, & ma-
gistratus de loquens, de contrab. ff.
pub. l. 7. Quid enim refert, an volun-
tatem suam scriptis, an verbis quisq;
declaret? l. de quibus ff. de legib. cum
non minus valeat quod vocibus,
quam quod scriptura significatur, l.
non figura. ff. de oblig. & act. Borrell.
in summa decis. parte 3. tit. 1. n. 218.
totum hoc luculenter expressit Leo
Imperat. qui *Novell. 26. Vt Eunuhi*
adoptare possunt in fin. sic ait. Eum, cui
vocis usus ademptus est, qua lingua
munia sunt, per manum adimplere; &
qui sermonem labris fundere nequit,
per scripturam ad ordinandas res suas
procedere nō prohiberi. videndus He-
ring,

ring. *de fideiuss. c. 11. n. 27. & seqq.* Peritis itaq; non consultis, sibi præiudicium non legatarijs rusticus debet adscribere.

Et quod tandem Ecclesiastici testamento fauet, quia in ambiguis pro illius validitate pronuncianđū est, *Si pars iudicantium* (lanxit Marcellus) *contra testamentum, pars secundum id sensentiam dederit, humanius erit sequi eius partis sententiam, quæ secundū testamentū spectauit, in l. si pars 10. ff. de inofficioso testam. l. cancellauerat, in fin. ff. de his quæ in testam.* Neuizan. *conf. 16. n. 7.* Mantic. *de coniect. lib. 2. tit. 15.* Velemb. *conf. 130. n. 66. p. 3.* Aldograd. *conf. 50. n. 67.* Cyriac. *3. c. 426. nu. 77.* Roland. *conf. 81. p. 42. lib. 1.* Menoch. *conf. 224. nu. 32.* Consiliat. Pratus *2. forens. c. 31. n. 14.* Nos *in priori Consult. n. 7. & 50.* quia illud notissimum est, semper præsumi fauore actus, Nos *in Posteriori FACE in fin.* Non enim est verisimile, testatores eam elegisse viam, qua sua subuerterentur iudicia, *l. 3. ff. de offic. militis l. ex his verbis C. quando dies legati, Menoch. lib. 6. p. 4. nu. 12.* Hinc Summus Pontifex, *In contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficijs quoq; plenissima est interpretatio adhibenda, in c. cum dilecti. 6. de donat.* Meritò Vlpianus, *Prætoris auctoritate voluntates defunctorum tuetur, & eorum calliditati oc-*

currit, qui omissa causa testamenti ab intestato totā, partemue eius possidens; ad hoc, ut eos circumueniant, quibus quid ex iudicio defuncti deberi potuit, si non ab intestato possederetur hereditas, in l. prætor. ff. si quis omissa caus. testam. quando quidem quæ a testatoribus relinquuntur, non sunt ab hæredibus ad irritum reuocanda, *l. ea quæ C. de restit. milit. l. cum quidam C. de necess. seruis hered. instit.* Consil. Pratus *2. c. 8. n. 43. & seq.* Quo fit (vt cū Imperatore loquamur) quod si ab utilitate verborum, vel solemnitate iuris inanis scriptura esse dicatur, considerari specialiter voluntatem placet, & obsecundari protinūs, cum res diuidentur, nec retineri ampliūs, quam quod singulorū personis detegatur adscriptum, vt & memoria defuncti non violentur consanguinei, & occasiones litium dirimantur, *in l. 1. C. Theodos. de famil. ercisc.*

64
Concludendum est ergò, vt consultationis series hætenūs patefecit, hoc sacerdotis Elogium ita firmum, & validum, vt nil robustius extimetur; ideoq; rusticum fratrem, explosis obiectiōibus, debere secundum tabulas non ab intestato succedere; & per consequens legatarijs integra legata præstare; quia (vt supra firmauimus) *Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore.*

GLORIA TIBI DOMINE IESU

Qui es omnia, super omnia, præter omnia.

Scalig. exerc. 365. sect. 2.

F I N I S.

R E R V M

Notabilium in hoc Opusculo contentarum.

S Y L L A B V S .

Prior zifara paginam, posterior numerum indicat.

A



Actus suam sententiam probare intentionem, aliter reus absolvitur. fol. 55. num. 24.

Actus favore semper presumitur. fol. 75. n. 55. & 112. n. 4.
Actus perfectus semper subsistit. fol. 100. num. 67.

Actum non videtur, quoties aliquid superest agendum. fol. 105. num. 7.

Actum non facere, & inuitidum facere pariliter iudicatur. fol. 39. n. 34.

Adimplementii exceptio. Vide exceptio.
Aditio hereditatis non datur contra titulo possidentem. fol. 18. nu. 7.

Alexander Raudensis se Doctorem celeberrimum appellans, a gre salis Marta, irrisit Fontanella. fol. 10. num. 34.

Alienantes pendente lite, quibus penis afficiantur. fol. 11. num. 41.

D. Ambrosii pulchra sententia circa Iudicis officium. fol. 19. num. 75. altera fol. 43. num. 50. alia celeberrima, fol. 43. num. 51. & fol. 77.

Annei Roberti locus perspicuus. fol. 35. num. 18. fol. 88. num. 14. fol. 96. nu. 44. fol. 113. num. 45.

Anneus Robertus confutatur. fol. 91. num. 25.

Animalia quaedam miram exhibent gratitudinem. fol. 57. num. 34.

Antidotalis obligationis Encomia. fol. 56. num. 31. & seq.

Antony Fabri locus egregius. fol. 8.

num. 24. fol. 11. num. 40. fol. 16. nu.

64. fol. 22. num. 4. & 6. fol. 24. nu.

13. fol. 39. num. 36. fol. 58. num. 38.

fol. 68. num. 24. fol. 72. num. 42. fol.

74. num. 49. fol. 96. num. 45. & 47.

fol. 98. num. 53. fol. 108. num. 29.

fol. 109. num. 25. fol. 115. num. 54.

Appellans non grauatus, aut grauare intendit, aut tempus redimere ex Bernardo. fol. 77.

Approbatia testamenti quomodo presumatur. fol. 116. num. 56.

D. Aquila uxoris Signorali de Homodais celebre factum. fol. 93. n. 33.

Armorum suspitio in materia sequestri cognitionaliter debet liquere, & quomodo. fol. 13. num. 50.

Arnoby sententia pulchra. fol. 58. num. 39. fol. 75. num. 56.

Assertionibus partium non statur in prohibitis. fol. 53. num. 13.

Avaritia detestatur. fol. 41. num. 45.

B

Bartoli authoritas maxima. fol. 116. num. 56. confutatur Gouanus aliter missans. Ibidem.

D. Bernardi sententia de calumniis appellante. fol. 77.

Belli timor equiperatur bello, imo bello deterior est. fol. 15. nu. 57.

C

Cassaneus multa surripuit à Tiraque, à quo acriter increpatur, a fol.

M V N D R X E

- fol. 117. num. 50.
 Caroli V. potentissimi Caesaris de fide
 seruanda & ope egregia. fol. 63.
 num. 13.
 Cassiodori locus conspicuus. fol. 11. num. 40. fol. 34. num. 4.
 fol. 38. num. 10. fol. 49. num. 19. fol.
 56. num. 28. fol. 63. num. 3. fol. 75.
 num. 56. fol. 77.
 Causio, quae in medicina sequestratur,
 sequestrationem non perimit bonis
 hypotheca suppositis. fol. 2. n. 45.
 Cautio remedium fragile, nec propo-
 situm malenolum mutat. fol. 12.
 num. 45. & seq.
 Cautio secundum aliquos non requiri-
 tur in sequestrato. fol. 12. n. 43.
 Clausula citra prauidicium Iurium
 partium quid operetur in seque-
 stro. fol. 16. num. 65.
 Clausula, Aliter non reprobasset, quan-
 ta sit efficacia. fol. 67. n. 22.
 Clausula in dispositis consentur ap-
 posita de voluntate partium, non de
 stylo Notariorum, quidquid esset in
 excoarctis. fol. 58. num. 36.
 Claudiani carmina labores parcentium
 affatim exprimentia. fol. 45. n. 58.
 Clerici beneficium cap. Odoardus, af-
 fectus, semper gaudet, etiam si effi-
 ceretur laicus. fol. 100. num. 65.
 Conclusio tractatus solum attenditur.
 fol. 105. num. 9.
 Confessio fides maxima. fol. 109.
 num. 28.
 Confessio non potest pro parte accepta-
 ri, pro parte reysi. fol. 69. n. 28.
 Confessiones prauidiciales quae? fol.
 52. num. 12.
 Conditio apposta in contractu si non
 impletur, contractus resoluitur.
 fol. 68. num. 23.
 Conditio in dispositione adiecta est
 specialiter adimplenda. fol. 64. n. 8.
 Corasti verba. fol. 47. num. 50.
 Consuetudo unius loci alium non obli-
 gat. fol. 91. num. 27.
 Constituti clausula transfertur medum
 Civilis, quam naturalis possessio,
 imo dominium. fol. 11. n. 109.
 Constituti clausula munus, si in sua
 possessione turbatur, qui spoliatus,
 potest recuperanda remedium in-
 terpetrare. fol. 23. num. 7.
 Constitutum morte constituentis ex-
 tinguitur secundum aliquos. fol.
 23. num. 11. Contrarium cum di-
 stinctione verius. fol. 23. n. 12.
 Contractus, seu vel perfectus irrevoca-
 bilis. fol. 32. num. 7.
 Contractus corresponsiu non debent
 diuerso Iure censeri. fol. 38. nu.
 27. & fol. 70. num. 31 & 32.
 Contractus ubi est nullus nullam pa-
 ris actionem ad interesse. fol. 39.
 num. 35.
 Contractus pars una ab altera in-
 tercedentem recipit. f. 51. n. 5.
 Contractus ex conventionione formam,
 & normam accipiunt. fol. 64. n. 8.
 Contractus ex multis est individuus.
 fol. 68. num. 25.
 Contractus in ipsum agnoscendus, aut
 reprobandus. fol. 69. nu. 26. etiam
 si plura capita contineret num. 27.
 In Contractibus non spectatur verbo-
 rum sonus, sed rei effectus. fol.
 73. num. 43. & seq.
 Contractus perfectio in ultima consi-
 stit clausula. fol. 105. num. 9.
 In Corresponsiuis contractibus, qui ali-
 quid sibi seruari petit, debet & ipse
 seruare alteri. fol. 70. num. 32.
 Credibile quod est, in dubio semper
 praesumitur. fol. 16. num. 62.
 Creditor ex causa lucratua anterior
 praefertur posteriori ex causa oner-
 osa, magis magis in possessione.
 fol. 26. num. 18. & 19.
 Culpa ubi nulla praecedit, ibi nulla est
 pena. fol. 59. num. 40.
 Cypriani sententia contra Auaritiam
 grassantem tempore pestis. fol. 85.
 num. 5.

De-

I N D E X

D

Deciso causa, de qua disceptatur per Episcopum Bithynensem. fol. 78.
 a Decisis non est recedendum. fol. 27. num. 23.
 Defunctorum voluntates servanda V. Voluntates.
 Dilapidatio legitima causa sequestri. fol. 9. num. 32.
 Dilapidatio praesumitur in eo, qui bona possidet, quae relicturus est. fol. 10. num. 35.
 Dilapidatio debet in Iudicio causa cognita apparere. fol. 10. num. 39.
 Discordia consanguineorum acerbissima. fol. 15. num. 61.
 In Diuitijs consistit decus familiarum. fol. 42. num. 49.
 Donatarius anterior est legitimus contradictor ad impediendum heredi donantis in bonis donatis immisionem. fol. 18. num. 69.
 Donatarius possidens per constitutum praefertur posteriori creditori corporaliter possidenti. fol. 22. n. 2.
 Donatarius vi compulsus ad retrodonandum, censetur metu coactus ad declarandum simulatam donationem. fol. 52. num. 12.
 Donationem perfectam irritam facere nemo potest. fol. 32. nu. 26.
 Donatio solius donatoris consensu efficitur irrevocabilis.
 Donatio contemplatione matrimonij uti pars contractus dotalis, pariliter cum dote deciditur. fol. 33. num. 10.
 Donationes contemplatione matrimonij quare irrevocabiles. f. 37. n. 26.
 Donatio facta contemplatione certij matrimonij dicitur causa finalis, non impulsiva. fol. 38. num. 32.
 Donatio causam finalem respiciens efficitur ipso iure irrevocabilis. fol. 39. num. 33.
 Donatio contemplatione matrimonij

ideo irrevocabilis, quia tangit uxorem, & filios. fol. 39. num. 36. & fol. 40. num. 40.
 Donatio contemplatione matrimonij quando, & quomodo dicatur correspondens ad matrimonium ratione irrevocabilitatis. fol. 37. num. 26.
 Donatio simulata ex post facto declarari non potest in praedictum, quorum interest. fol. 51. num. 7.
 Donationes ob causam de simulatione non arguuntur. fol. 53. num. 15.
 Donationes ob causam dicuntur improprie donationes. Ibid. nu. 26.
 Donationes ingratitudine revocantur legibus cautum fuit. fol. 54. num. 20. & seq.
 Donatio facta nepoti, & filijs non revocatur ob solam ingratitudinem nepotis. fol. 58. num. 57.
 Donationes ob causam ingratitudine non revocantur. fol. 59. nu. 43.
 Donationes ad sacros ordines, factae Ecclesiae, remuneratae, & contemplatione matrimonij ingratitudine non revocantur. fol. 59. nu. 44.
 Donator idoneis testibus, vel apertissimis documentis tenetur probare causam ingratitudinis. fol. 55. num. 24.
 Donatore pacta non observante, non adstringitur donatarius pacta servare. fol. 66. num. 17.
 Dotantes dolosis donationum retrocessionibus non decipiendi. fol. 35. num. 19.
 Dotes mulierum conservari Republica interest. fol. 33. num. 11.

E

Educationis primordia indicant incrementa. fol. 56. num. 29.
 Epistola Encomia. fol. 119. nu. 53.
 Error Notarij V. Notarij error.
 Evensus tristes quamvis non soleant expectari, si tamen sunt contingentes

I N D E X.

tes debens attendi. fol. 14. n. 57.
 Euictioni semper est locus in donatio-
 ne contemplatione matrimonij,
 etiam si promissa non esset. fol. 39.
 num. 34.
 Exceptio adimplementi semper opponi
 potest, etiam si statutum omnes rej-
 ceret exceptiones. fol. 67. nu. 23.
 Exceptiones requirentes altiorem in-
 daginem mentionis Iudicium
 non evertunt. fol. 26. num. 20.
 Pro Expresso habetur quoties sic veri-
 similiter disponens futurum fuisset
 ut responderet. fol. 51. num. 6.

F

Facibus adiuuare Solem superua-
 caneum. fol. 75. num. 56.
 Familia splendor diuitijs conserua-
 tur. fol. 42. num. 48.
 Festinatione nihil utilius in arduis,
 subitisque negotijs, sicuti nil tardi-
 tate periculosius. fol. 11. nu. 40.
 Fides an, & quando faciat fidem.
 fol. 36. num. 23.
 Fidem seruare naturali rationi con-
 sentaneum. fol. 64. n. 9. 11. & 18.
 Fide deficiente omnia inficiuntur.
 fol. 65. num. 11.
 Fidem fallere graue est. fol. 65.
 num. 12.
 Fidelis herus, fidelis seruus. fol. 66.
 num. 18.
 Filius talis presumitur, qualis est pa-
 ter. fol. 55. num. 27.
 Filius portare non debet iniquitatem
 patris. fol. 59. num. 41.
 Filij parentum voluntati obtempera-
 re debent omnino. fol. 88. n. 14.
 Finis cuiusque rei pars potentior.
 fol. 105. num. 8.
 Fontanelle verba in Notarios. fol.
 74. num. 51.
 Fructus dilapidari dicuntur, et si a pos-
 sessore in usum proprium conuer-
 tantur. fol. 9. num. 32.

Fructus, qui superflue pro oneribus
 matrimonij possunt a donatario re-
 trocedi. fol. 40. num. 41.
 Fructus, uti accessory ad dominium
 spectant ad dominum. fol. 60. n. 49.
 Fraudibus obuiandum, omni iure
 ostenditur. fol. 35. num. 19.
 Frustratorios actus leges abhorret.
 fol. 10. num. 37.
 Fulgentij elegans sententia. fol.
 41. num. 45.

G

Generi per speciem derogatur.
 fol. 60. num. 47.
 Gracitudo effectus mirabiles. fol.
 57. num. 32.

H

Hereditas non potest pro parte
 agnosci, pro parte repudiari.
 fol. 69. num. 29.
 Hereditas quando animo, & facto
 adipiscatur. fol. 114. num. 54.
 Heredes tenentur omnino seruare te-
 statorum voluntates. fol. 20. nu.
 63. fol. 88. num. 16. & seq.
 Heres defuncti factum impugnans
 hereditate priuatur. fol. 113.
 num. 46.
 Heres ex testamento se immiscens he-
 reditati, eam adire videtur. fol.
 114. num. 54.
 Heres vendens bona hereditaria, aut
 soluens legata hereditatem adire
 dicitur. fol. 115. num. 55.
 Heres testamenti partem agnoscentis,
 totum testamentum agnoscere vi-
 detur. fol. 116. num. 56.
 Homines omnes natura scire deside-
 rant. fol. 117. num. 59.
 Hypothecam, vel Ius habenti super re
 quomodo vice sequestrationis consu-
 latur. fol. 10. num. 38.

I N D E X

I

I Actare suum nemo praesumitur, & quare. fol. 41. num. 47.
 Ingratitudinis effectus recensentur. fol. 54. num. 23.
 Ingratitudo quot modis committi potest. fol. 56. num. 30.
 Inimicitia capitalis ex maioris partis bonorum lite suboritur. fol. 13. num. 51.
 Innocens quilibet praesumitur, donec nocens in contrarium ostendatur. fol. 55. num. 26.
 Institui haeres nemo potest in re aliena, aut restitutioni obnoxia. fol. 38. num. 29.
 Instrumentum non continet contractus substantiam, sed eius dumtaxat probationem. fol. 37. n. 24.
 Instrumento vitioso non vitietur contractus, cuius tenor potest aliunde probari. fol. 37. num. 25.
 Instrumentum non potest pro parte probari, improbari pro altera. fol. 69. num. 28.
 Instrumenti verba non iuxta sonum, sed secundum mentem contrahentium intelliguntur. fol. 75. n. 33.
 Iudex in principio litis possessorem in sua manutenendam possessione decernit. fol. 7. num. 21.
 Aliter vim discretur possessori inferre. fol. 7. num. 24.
 Iudex in notorijs extrajudicialiter, & parte non citata potest se informare. fol. 11. num. 42.
 Iudex pro bono pacis potest a hostilitate tramite quandoque recedere. fol. 15. num. 60.
 Pariiter ubi periculum est in morte. Ibidem.
 Iudex nascenti malo tenetur statim occurrere. fol. 15. num. 60.
 Iudex semper praesumitur iuste agere, & statueram gestare in manibus, lanceas appendere a quo libramine. fol.

19. num. 74.
 Iura potiora qui habet in petitorio vincere debet in possessorio. fol. 17. num. 68.
 Ius naturale fons est Iuris Civilis, Ius civile rivulus naturalis. fol. 46. num. 62.
 Iuramentum nil operatur, ubi contractus resolvitur. fol. 68. n. 23.

L

L Audes Io: Antony Molegnani authoris Soceri. fol. 18. num. 73. Consil. Hodierna, fol. 33. nu. 9. Rota Romana, fol. 21. num. 1. Caroli Bossilieri, fol. 33. num. 9. Consil. Martelli Marcianni Iunioris, fol. 72. num. 38. D. Iacobus Cappo. Galeoza Regentis, fol. 56. num. 63. Illustr. D. Francisci Garcia Episcopi Bithonien. fol. 78. Consil. D. Ioseph de Rosa, fol. 34. num. 12.
 Laudum non potest pro parte acceptari, pro parte non. fol. 69. n. 29.
 Legata pro exoneratione conscientia relicta dicuntur ad pias causas. fol. 113. num. 34.
 Legatorum praestatione aditur hereditas. fol. 115. num. 55.
 Rege tota perspecta, vel scripta conventionione iudicandum. fol. 65. n. 8.
 Legem in rei suae traditione quilibet adhaerere potest, cui si non satisfiat rem vindicare potest. fol. 65. num. 15.
 Leges alicuius frustatorias abhorrent. fol. 10. num. 37.
 Lex nulla, nullaque dedito ad varietatem humana natura sua est. fol. 4. num. 3.
 Lex municipalis unius loci, alios non obligat. fol. 91. num. 27.
 Legum conditores soboli nascuntur semper prospexere. fol. 30. n. 12.
 Lites nostri temporis sunt redimenda. fol. 4. num. 20.

Lis festinans effundit sanguinem. fol. 14. num. 53.
Litium immortalitatem, dispendia, & adia deplorans Ecclesie patres Philosophi, Historici, Politici, Poetae Medici, & legum consulti. fol. 4. num. 5. & seqq.
Locus, & tempus interdum non paritur plenius deliberandi consilium. fol. 15. num. 59.

M

M *Aguntini Archiepiscopi vix notabilis.* fol. 66. num. 18.
Mari nostri temporis plus expensus in ornamentis uxorum, quam pro dote recipiunt. fol. 34. & 15.
Matrimonium aduentisq; ponderibus non gravandum. fol. 36. n. 20.
Matrimonij opera lepidis carminibus describuntur. fol. 36. nu. 21.
Matrimonium ubi est certum, semper causa finalis dicitur donatio illius contemplatione facta. fol. 38. num. 32.
D. Maximus pulchra sententia. fol. 63. num. 4.
Molina ante tempus occurrere quam post causam dilapidatam nepedim gustare. fol. 14. num. 55. & seq.
Mulier, nequit esse testis in testamento, & quare. fol. 107. num. 162.
Mulier, fol. 113. num. 47.
Mulierum constitutio infirmum. fol. 107. num. 17. secus fol. 14. num. 49.
Mulier, in dote legitima. fol. 108. num. 19.
Mundus semper labitur in deteriora. fol. 4. num. 4.

N *Amalia ratiaria Encomia.* fol. 1. 45. num. 59.
Nobilitas quod est sine facto vestra ne quis auferri. fol. 40. nu. 39.

Notarij error non habet vim debilitandi, vel tollendi substantiam facti. fol. 75. num. 32. & seq.
Notarij imperiti taxantur. fol. 75. num. 50. & seq.
Notariorum cautela notabilis ex Fontanella. fol. 58. num. 35.
Notoria ab onere probandi nos releuant, nec in eis requiritur causa cognitio. fol. 11. num. 42.
Nullitas testamenti ab eo non potest allegari, qui testamentum probauit. fol. 116. num. 56.

O

O *Bligationis antidotalis Encomia.* fol. 56. num. 31. 108. num. 24.
Odia consanguineorum, & affinium quare acerbissima. fol. 15. n. 65.
Oleradus I. C. maxima auctoritatis. fol. 106. num. 13.
Opinio, quae distinguit, amplectenda. fol. 69. num. 48.
Opinio unius Doctoris in testamento fauens praefertur alijs. fol. 96. num. 49. & 20. num. 63.

P

P *Acta, quae dotis conditionem deteriorem efficiunt, improbantur.* fol. 34. num. 13.
Pacta, quae donationem contemplatione matrimonij minuant, annullantur. fol. 34. num. 16.
Pactum non renouandi donationem etiam in gratitudinis vitio quando validum. fol. 37. num. 35. seq.
Pacta fieri potest, quo iniuria non sit iniuria. fol. 38. num. 35.
Pacta seruare, de Ore Dei processit. fol. 64. num. 10.
Pactum futurae successionis quare invalidum. fol. 71. num. 36.
Fallit si intercedat consensus alterius.

I N D E X.

- litis, de cuius hereditate tractatur.* fol. 71. num. 37.
Vel si non de tota facultate conciperetur. num. 30. 40.
Pactum quota bonorum differt à pacto quota hereditatis. fol. 72. n. 29.
Pactum futura devolutionis bonorum subsistit, & si de instituendo sonet. fol. 72. num. 41.
Parentes filijs thesaurizare, late ostenditur. fol. 42. num. 49. & 53.
Parentes quare non presumuntur filios odisse. fol. 43. num. 51.
Parentum amor erga filios quantus. fol. 43. num. 53. & seq.
Parentes semper filios extraneis preferunt, etiam si soboles esset in utero. fol. 44. num. 54. & 55.
Parentes plus filios, quam se ipsos amant. fol. 45. num. 57.
Partium assertionibus non statur in prohibitis, fol. 53. num. 13.
Partis aditio totius aditionem ostendit. fol. 116. num. 58;
Patres bona filiorum dilapidantes amentes potius, quam amantes. fol. 32. num. 2. & 45. num. 56.
Paupertas contempta diuitibus, immissa pauperibus fol. 42. nu. 48.
Pendente lite alienantes qua pena puniantur. fol. 11. num. 41.
Periculum ubi adest, ibi celeri reformatione succurrendum est. fol. 15. num. 59.
Pestis, quae in Regno Neapolitano anno 1656. grassabatur descriptio. fol. 84. num. 1. & seq.
Pestis letifero afflatu omnes inuadit. fol. 90. num. 32. fol. 95. num. 44. fol. 110. num. 32.
Pestis pharmacum, Ciso, Longo, Tarde. fol. 95. num. 43.
Pestis tempore omnia lura laxantur. fol. 96. num. 47.
Petri Vanderani verba. fol. 10. num. 35.
De Possessorio prius disceptandum, quàm de Petitorio. fol. 5. num. 15.
Possessio vacua non occupata sequatur in principio litis. fol. 7. num. 22.
Possessorem è sua possessione de facto decedere, nimis durum. fol. 7. num. 23.
Possessor semper praesumitur litigare causa differendi iudicium, ut interim capiat fructus. fol. 10. num. 36.
Possessionis contentione saepe numero discrimen irtractabile suborsur, & quomodo. fol. 13. nu. 49.
Possessio non amittitur sequestratio- ne. fol. 16. num. 64.
Possessionis vitia à praedecessoribus contracta successores inficiunt. fol. 17. num. 67.
Possessorio vincis qui habes postiora lura in petitorio. fol. 17. nu. 68.
Possessionem habere non dicitur, qui eam retinere non potest. fol. 19. num. 71.
Possessione potiori, priorique munitus in bonis manutenendus. fol. 21. n. 1.
Pena nulla debetur, ubi nulla praecedit culpa. fol. 58. nu. 39. & seq.
Praambulum absentiam pendente lite, uti attentatum nil operatur, neque possessionem transferit. fol. 17. num. 66. fol. 18. num. 71. & 72.
Praesides statum Reipubl. pacificum seruare tenentur, fol. 13. n. 48.
Praes importunas vltra habere coactionis late ostenditur. fol. 49. num. 54. seq.
Praecedentia lumen ostendunt sequentibus, in quibus censentur repetita. fol. 51. num. 5.
Praefationes donationum donantis voluntatem, causamque finalem ostendunt. fol. 50. num. 3.
In Praefatione verba posita censentur in dispositiuis repetita. fol. 51. num. 4.
Princeps à fide conventionis recedens fidem

I N D E X.

fidem à subditis sperare non potest.
fol. 66. num. 18.
*Ut Principem cur ego te haberē, cum
tu me non habeas ut senatorem?
vox Domitij.* fol. 67. nu. 19.
*Principes, qui poterant tollere leges,
non tamen mutarunt placita mor-
tuorum.* fol. 87. num. 10.
*Non Promittere melius, quam pro-
missa fraudare,* fol. 65.
num. 14.
*Promissio qualibet semper annexam
conditionem habet, si fides sibi ser-
uetur,* fol. 67. num. 20.
*Proprietarius usufructuario mortuo
potest, etiam propria auctoritate,
possessionem capere,* fol. 25.
num. 15.

Q

Q *Vintiliani sententia de pestis
atrocitate.* fol. 85. num. 3.

R

R *Ationis naturalis Encamia.*
fol. 45. num. 59.
Res iudicata standum. fol. 4.
num. 1.
*Rei suae quilibet est moderator, & ar-
biter, etiam abutendo.* fol. 27.
num. 13.
*Remedium l. fin. C. de edicto D. Adria-
ni tollendo habet locum in bonis
restatoris, non alienae hypotheca sup-
positis.* fol. 18. num. 70.
Repetitio conditionis. fol. 50.
num. 3. seq.
*Reservatio usufructus traditionem
possessionis inducit.* V. V. sus-
fructus.
*Retrocessionis donationum. conse-
mplate matrimonij uti metu ex-
torta, vel precibus impatiuntis,
nullae sunt, & inuvalidae.* fol. 40.
num. 42. cum seq.

*Retrocessionis contractus, uti indivi-
duus, in totum approbandus, vel
reprobandus.* fol. 70. nu. 30.
*Reuerentia subiectorum cum lesione
conglomerata contractum reddit
inualidum.* fol. 41. num. 46.
*Renocandi donationes facultas dona-
toribus, non eius heredibus compe-
tit, & quando secus.* fol. 54.
num. 22. seq.
*Rogitus testium omissus potest testi-
bus comprobari.* fol. 108.
num. 21.
Rusticitati semper consultum est.
fol. 116. num. 57.
*Rustico, qui potest peritiores consule-
re, & non consulit, non succurritur.*
fol. 117. num. 58. & seq.
*Rustici nostri temporis sunt sagaces
& callidi.* fol. 118. num. 62.
Rustico sagaci non succurritur. fol.
119. num. 62.
*Rustico non subuenitur, qui certas de
lucro captando.* Ibidem

S

S *Acerdotis testimonium vim habet,
duorum testium.* fol. 109.
num. 30.
*Saluiani locus egregius de antidotali
obligatione.* fol. 57. num. 33.
Seneca locus extremus. fol. 33. num. 8.
fol. 38. num. 31. fol. 42. num. 48. fol.
51. num. 8. fol. 88. num. 14. fol. 91.
num. 23. & 24.
*Sepulchrorum violatores acriter pu-
niuntur.* fol. 88. num. 15.
*Sequestrum in principio litis prohibi-
tum, & quare.* fol. 6. num. 16.
& seq.
Sequestrum remedium desperatum.
fol. 6. num. 17.
*Sequestrum causa cognitionem exi-
git, aliter nullius roboris.* Ibid.
num. 8. & quando secus fol. 14. nu.
51. & 52.

I N D E X ;

- Sequestrum contra titulo possidentem non conceditur . fol.7.num.20.*
- Sequestrum petenti contra titulo possidentem duplici modo consulitur . fol.8.num.25. & 39.*
- Sequestrum in principio litis intercedente causa legitima conceditur . fol.8. num.27. & fol.7.num.34.*
- Sequestrum concedendum omnino , si ex Instrumento de potiori pateat credito . fol.8.num.28. & 29.*
- Imo semiplenè secundum aliquos . fol.9.num.30. & 31.*
- Sequestri potissima causa bonorum dilapidatio . fol.9.num.32.*
- Sequestram permittitur non citata parte , ubi periculum est in mora . fol.11.num.40.*
- Sequestrum non fit de bonis stabilibus secundum aliquos , fallit si bona essent creditoribus hypothecata . fol.12.num.43.44.*
- Sequestrum fit , ne partes veniant ad arma . fol.12.num.47.*
- Sequestratione non amittitur possessio . fol.16.num.64.*
- Scriptura non requiritur , nisi in casibus à iure expressis . fol.111. num.36.*
- Simulatus contractus ad hoc dicatur , debet exprimi causa simulationis . fol.53.num.14.*
- T**
- T** *Arditate nihil periculosius in arduis, subitisque negotijs . fol.11.num.40.*
- Tempus , & locus interdum non patiuntur plenius deliberandi consilium . fol.15.num.59.*
- Testamenta nuncupativa scripturam non requirunt . fol.87.num.17.fol.90. num.22. fol.106.num.26.fol.110. num.33.fol.112.num.39.*
- Testamentum nuncupativum coram septem testibus conditum probari potest per duos testes . fol.90. num.18.*
- Testamentum valet, etiam si testator se remitteret ad quandam schedulam . fol.90.num.21.*
- Testamentum subsistit, etiam si testes essent legatarij, & quomodo . fol.90.num.20.*
- Testamentum tempore pestis conditum an validum, amplissima questio . fol.92.num.30.cum seqq.*
- Testamentum prefatum secundum multos solum discontinuationem testium, non remissionem admittit, & quomodo . fol.93. num.32.*
- Testamentum ad pias causas duos testes requirit . fol.95.num.39.*
- Testamentum prefatum secundum aliquos subsistitur, etiam quoad extraneos, legatarios . fol.95. num.40.*
- Testamentum libitinariorum coram duobus validum . fol.96.num.45.*
- Testamentum impugnans ob defectum numeri, testium peccat mortaliter . fol.97. num.50. seq.*
- In Testamentis tempore pestis an testes necesse habeant testatorem videre . fol.59.num.57.*
- Testamentum de nocte conditum an tria exigat luminaria . fol.98. num.62.*
- Testamentum valet si testator dicat relinquo bona mea Titio . fol.99. num.55.*
- Testamentorum publicatio coram quo Iudice facienda . fol.95. nu.66.*
- Testamenta tempore pestis valida, an subsistant, si publicentur finita contagione . fol.100. num.67.*
- Testamentum defectu sollemnitatis, & voluntatis quando validum . fol.104. num.5. fol.106.num.12. fol.110. num.34. & seq.*
- Testamentorum perfectio coram testatore per necessaria secundum aliquos . fol.105. num.10.11.*

In

I N D E X.

- In Testamento quolibet debet concurrere quadruplex perfectio. fol. 106. num. 14.*
- Testamenti requisita. fol. 109. num. 27.*
- Testamentum ratione voluntatis imperfectum pia causa favore subsistit. fol. 112. num. 42.*
- Testamentum tempore pestis, & ad alias causas non requirunt rogatum. fol. 114. num. 33.*
- Testamenti nullitas ab eo non poterit allegari, qui illud approbavit. fol. 116. num. 36.*
- Testamentorum favore in dubijs indicandum. fol. 120. num. 63.*
- Testium depositiones non possunt pro parte scindi, pro parte probari. fol. 69. num. 29.*
- Testes frequenter prece, vel pratio, amore franguntur, & odio. fol. 91. num. 26.*
- Testes in omni negotio sufficiunt. fol. 92. num. 28.*
- Testibus magis creditur, quam instrumentis secundum aliquos. fol. 92. num. 29.*
- Testes in testamento nuncupatio an debeant concordare in formalibus verbis. fol. 98. num. 53.*
- Testes in testamento debent esse rogati. fol. 108. num. 20.*
- Testes quando, & quomodo dicantur sufficienter rogati. fol. 114. num. 52.*
- Tempus belli, & tempus pestis equiparantur. fol. 94. num. 37.*
- Theodorici Gothorum Regis locus. fol. 7. num. 19.*
- Timor belli equiparatur bello, imò bello deterior. fol. 15. num. 57.*
- Traditio per constitutum dicitur vera traditio. fol. 22. num. 3. & 6.*
- Turpitudinem propriam nemo allegat. fol. 52. num. 9.*
- V**
- Valeriani locus. fol. 14. num. 53. fol. 36. num. 28. fol. 65. num. 14. fol. 70. num. 34.*
- Venditione duobus facta ille preferatur, cui prius tradita fuit possessio. Fallit si in priori contractu intercederet clausula constituti. fol. 23. num. 8. & 9.*
- Venditione bonorum hereditariorum aditur hereditas. fol. 115. num. 55.*
- Verba non attenduntur, ubi constat de sensu. fol. 73. num. 44. & fol. 99. num. 55.*
- Verba quando improprianda. fol. 75. num. 54.*
- Verisimile habetur pro vero, pro lege, & secundum id indicatur. fol. 16. num. 63.*
- Verisimilitudo veritatis imago casus legis, ipsaque veritas. fol. 44. num. 52.*
- Veritas agitata magis splendescit in luce. fol. 6. num. 15. & fol. 104. num. 4.*
- Veritas vincit omnia. fo. 92. num. 29.*
- Veritas oculata fide, quam per aures animis hominum insigitur. fol. 97. num. 58.*
- Vi nil agendum, & aliquid actum nullum. fol. 47. num. 69.*
- Vitia semper remedijs fortiora. fol. 14. num. 55.*
- Vitia possessionis à prædecessoribus contracta successores inficiunt. fol. 17. num. 67.*
- Vitium regulariter non presumitur nisi probetur. fol. 55. num. 25.*
- Voluntas contrahentium lex est contractuum. fol. 64. num. 8.*
- Voluntas primum locum obtinet, deinde verisimilitudo, postremò verba. fol. 73. num. 45.*
- Voluntates defunctorum custodiende*
velu-

I N D E X .

- veluti leges , imò plusquam leges ,
etiam si iure deficiant . fol.86.
num.6.7.9.& 12.
- Voluntates defunctorum violare sa-
crilegium . fol.87.num.11.
- Voluntates mortuorum seruantes lau-
dandos semper . fol.88.nu.14.
- Voluntates defunctorum non seruan-
tes institutionis commodo priuan-
tur . fol.88.num.16.
- Voluntas eadem in homine perseuera-
re presumitur , etiam ex interuallo .
fol.111.num.37.
- Vox sepè hominibus commutatur
propter morbum . fol.97.
num.60.
- Vsuffructus reseruatio traditionem
possessionis inducit , presertim si
adesset clausula constituti . fol.
25.num.17.
- Utilitas publica presertur priuata .
fol.34.num.12-
- Vxor in donatione contemplatione
matrimonij uti principaliter con-
templata ex retroessione non deci-
pienda . fol.40.num.38.
- Vxor relicta domina à viro consequi-
tur solummodo alimenta . fol.
75.num.54.

F I N I S .



In nomine domini Amen.
 Et sic procedit ad...
 In nomine domini Amen.
 Et sic procedit ad...
 In nomine domini Amen.
 Et sic procedit ad...
 In nomine domini Amen.
 Et sic procedit ad...

In nomine domini Amen.
 Et sic procedit ad...
 In nomine domini Amen.
 Et sic procedit ad...
 In nomine domini Amen.
 Et sic procedit ad...
 In nomine domini Amen.
 Et sic procedit ad...

H I N I S





61U 1969



Digitiz... NTICO
OMO

